

## COMMENTARIA

IV

# AMOS PROPHETAM.

## ARGUMENTUM.

S. epiphanius in *Vita Amos*, et Clemens Alexandrinus, lib. I *Stromat.*, censent Amos fuisse patrem Isaiae; ipse enim cap. I, 1, vocat se filium Amos. Verum hunc Amos alium esse ab Amos patre Isaiae docent S. Hieronymus, S. Basilius in cap. I *Ozias*, S. Augustinus, XVII de *Civit.* XXVII, Isidorus in *Vita Amos*, et ali. Amos prophetam, inquit S. Hieronymus, non est ipse quem patrem Isaiae propheta legimus. Ille enim *Vita Amos* scribitur per primam literam aleph et ultimum tsade, et interpretatur fortis atque robustus; hic vero *Ozias* ames per aia et samech, et interpretatur populus austrius; et mox: «fuit de oppido Theeue, quod sex milibus ad meridianam plagam abiit a sancta Bethlehem, que mundi genit Saluatorum, et ultra nullus est vienius, ne agrestes quideam casei et furorum similes, quas Afric appellant mapalia. Tanta est eremus vastitas, que usque ad mare Rubrum, Persarumque et Ethiopum, atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pasturibus, ut sterilitatem terrae compescant pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum et Amos propheta fuit, imperitus sermone, sed non sapientia. Idem enim qui per omnes Prophetas, in eo Spiritus Sanctus loquebatur, » Ita S. Hieronymus. Solo arido dissensit S. Cyrillus, qui censem Theeue fuisse irriguum, ideoque compassem: «In qua, ait, gentes quam plurimas pascum pectendis; est enim propter amplitudinem, irrigationem, herbarumque diversitatem, ad ovium greges aleundos per commoda. » Fuit ergo Amos rusticus et armentarius, indequae a Spiritu Sancto, qui humiles exaltat, evectus ad prophetiam, aequo ac David, et aliis quos recenset Nazianzenus, orat. 25, et S. Gregorius, homil. 30 in *Evang.* Hinc crebro sumit similitudines a rure. Fabulanus R. Salomon et R. David terram Theeue, uputo olivarum fertilem, prouenisse viros sapientes; regiones enim oleis abundantes gigner viros sapientes, ideoque Amos locum originis nominare Theeue, ut inde liqueat ejus sapientia. Verum haec eorum de more fabella

Adsis, o Tegeae pater, oleaque Minerva. Inventrix.

In hoc deserto Theeue, ubi vixit Amos, vitam egerunt postmodum muli mira sanctitatis momach, quia Saraceni sunt interfacti, uti narrat Cassianus *Collat.* VI, cap. I.

Amos apud Septuaginta et in codice Vaticano secundum est inter duodecim minores Prophetas, et proxime sequitur Osee; illi enim fuit conesus, cum eoque prophetavit: capit. unius prophetae anno 25 Ozias, ut ostendunt cap. I, 1. Verum Hieron., aequo ac Ladin, ponunt tertium; secundum enim collocant Joel.

Argumentum Amos est: Directe prophetat ad Israel, id est ad decem tribus; sed obiter quia ad Judam aliasque gentes: utrique captivitate preannuntiat, Israeli Assyriacam, Jude Babyloniam. Incusat Israelis sceleram, ac nominat immissericordiam, quod fratres egenos ope et opibus non adjuverit, sed vendiditer et oppreserit; ac tandem more Prophetarum lela tristibus subiungens, promissione Messie, qui libertatem, pacem, felicitatem, et quasi aureum seculum sit allaturus, Israelitas consolatur (I).

(4) In duas partes dividit possum prophetie Amos juxta Hengstenberg (*Christologie des A. T.* Th. III, seit. 197), quarum prior sermones propheticos, cap. I-VI, posterior propheticas visiones complectitur. Prior pars ex una oratione usque ad finem sibi constante; posterior vero ex orationibus hanc sibi coherentibus constat. Ex altera longe librum dispartiuntur Rosenmüller et H. Kübel. Oracula a Nostro litteris consignata, inquit Rosenmüller, maxima quidem ex parte in *communicationibus* versantur, videlicet inde ab initio usque ad cap. IX, 10; in promissiones tamem, letam rerum conversionem, impulso plane deletis, preannuntiant, deinde cap. XI, 15. *Communicationes* partim sunt *nuda*, I, 2, «Quae ad vs. 44; partim vero imaginibus et emblematis *figurata*, VII, 1, usque ad IX, 10. *Communicationes* *nuda* quatuor absuntur concionibus, quarum alia ab aliis proeminent forma

## ARGUMENTUM IN AMOS PROPHETAM.

531

Prophetam Amos luculentem citat S. Stephanus disputans contra Judeos, *Acto.* vii, 42. Isidorus in *Vita Amos* scribit eum prophetass sub Amasia rege Juda, ab eoque percussum, et ab ejus filio Ozia vecte transfixum et occisum. Verum

distinguntur. *Prima* contra gentes finitimus, II, 1-3, et simil contra Iudeos ipsos, deinde vero contra Israelem diriguntur, et II, 14-16, propter singularium tres prevaricationes, additamque his quartam, que iacectionem complementum est, extreme denuntiat. *Secunda* Israelem, prima in universo, deinde vero spaciatis incalcas regni decem tribus, denuntiatione imminentis excidit regibus deno terret, in, I-18. *Tertia*, primo magnates, mox incolas regni Israelitici universi, propter iniquitatem, idolatriam ac in peccatis pertinaciam, communitione peccata divinitus infligenda, ut preannuntiat extat, IV. *Quarta* canit tamenca super instanti catastropham regni excludo, sermone directe primo ad decem tribus, V, 1-17; deinde vero ad cives utrinque regis tam Iudei quam Israelitici coniunctionem, vers. 18 usque ad VI, 4.

*Communicationes* tribus constant sermonibus. *Primas* imminentia Israeli divinitus imminentia supplicia exponit, eaque prima indebat sub imagine locatarum, VIII, 1-3, et agnisi, vers. 4-6; deinde consummatum sub simbolo perpendiculari, vers. 7-9, adjuncta narratione de actis Amosius inter et Amasiam super haec ipsa propheta, vers. 10-17. *Secondas* Iudeum reprobatione Israele, diramque oraculorum divinorum in exilio famem, preannuntiat sub imagine fructuum astrovirorum, VIII, *Tertius*, Iudei politionis regno, res emblemata percussum a Deo columnarum templi, communiter excludit, quod primo exaggerat, IX, 1-8; deinde restringit, abdito promissoriis ieiunioris attingendo securitate statis, quod tollens libri portionem constituta alteram, vers. 9-15.

Porro Amosius prophetat, quae suum nomen preseverat, ipsum litteris manuatis, cur in dubium vocetur (quod factum est ab Hobbesio in *Leviathan*, cap. XXXI), ratio idonea nulla est. Quod enim de vate nonnominatus in tertia persona sermo fit (I, 1; VII, 12, 13), inquit Iacob Rosenmüller, minima argumento esse, alius quemadmodum hunc librum componebat, viz. est quod monachus. Nemo sane dubitaverit unquam, siue C. Jolii Cassaris de bello quod cum Gallis gessit, *Commentariorum* lib. VII, al. ipsius Caesaris manu, propterea quod in his Caesaris res gestae in tertia narrantur personae. Sed quia Noster sibi via tota cap. viii, item VIII, 1-3; IX, 1, colligit, ita de se in prima persona et *avtoroponendo*; describit, ut emendat et variabiliter praecomponit, et libri hujus scriptorum manifeste doceat. Praterea et stylus ac sermonis habitus Amosius quippe ipsum argumentum libri, quod est nomen gerit, scriptor quippe qui cum inter Theeuanos rusticum ageret vitam, nec habebat unde potioris sevioris facultatis sibi comparare, dictio utitur plana et simplici, solis exortata imaginibus et rure, gregibus, desertis et ebriosus naturalibus aliis, petitis. Quod perfecte ostendit C. G. Haase in *Dissertat. inscripta*: *Stylus Amosi Propheticus ex illius vita crux*, Hall. 1755. (Rosenmüller.)

Attamen stylus Amosi, de quo S. Hieronymus scriptit: «Imperitus sermone, sed non scientia, est eminenter et nequaquam immixta, ut post S. Augustinum notatum. Lovihius, Eichornius, De Wette et Iahn, qui dicit: «Imperitus Hieronymus Propheticus imperitus sermone vocavit, » Aliunde ex notioribus geographis, astronomicis et historicis, que in hisce prophetis occurunt,

lapsus est memoria, et deceptus identitate nominum Amasiae et Oziae. Nam hic Amasia, percussor Amos, non fuit rex, sed vicecerdos idololorum in Bethel, ut patet Amos vi, 10. Id ipsum patet ex chronologia: Amos enim caput prophetare, non sub Amasia rego, sed sub filio ejus Ozia, ut ipse ait cap. I, 1. Ita Epiphanius in *Vita Amos*, Romanum Martyrologium, 31 martii, Tornelli in *Anual.* anno mundi 3208, et alii passim. Amos, inquit Adrichomius in *Descriptione Terrae sanctae*, in Bethel prophetans contra Israelem, voce per tempora transfixus, in Theeue ex dolore expiravit, cuius sepulcrum ibi adhuc ostendebatur aetate S. Hieronymi, ut ipse scribit hic cap. I et *Jerem.* cap. vi, et in *Locis Hebreo*. Sed etiam ipsum S. Hieronymus: «Amos aliquantum exorsus est prophetare antequam Isalas (unde et Eusebius in *Chronico*, Amos aequo ac Osee, prepomit Isale), maxime autem contra decem tribus locutus est, panica de duabus interserente. Hunc ablatum de numero pastorum misit Dominius, ut in Samaria prophetaret, quem Amasias sacerdos (vitulorum in Bethel) frequenter in plaga affixit; tandem filius ejus Osee vecte per tempora transfixit. Post haec semivivus in terram suam deuterius, post aliquot dies dolore vulneris expiravit, sepultusque est cum patribus suis. »

Eadem habentur in Romano Martyrologio 31 martii, ibi Amos Sanctorum catalogo quasi martyris adscriptus legitur, Theeueque septem diebus dicuntur. Eadem habent Isidorus, Dorotheus, ac Epiphanius in *Vita Amos*, qui et causam martyrii addidit, «quod ipsum (Osee) de insidiis duriorum juventuarum ex auro sugillasset, » putat quod cum ob cultum vitulorum surcorum, quibus seducebat populum, increpasse. Arias censem Amos per biennium duatrat prophecatess, scilicet quod praecessit terra iustum, et Ieprem Ozias regis, ob quam regno est amotus, de quo cap. I, 1; idque valde probabile esse censem Sanchez. Verum in certum est an illi duo anni, cap. I, 1, tantum initium prophetie Amos, an totam ejus prophetiam spectent.

patet Amosum pastorem cultum fuisse. Prophete est legitur, inquit De Wette (*Dictionnaire encyclopédique de la Théologie catholique*, vario Amos). S. Hieronymus non tam severe stili imperiorum in Amos reprehendit, veluti praedicatio optimorum, nisi ante cognovisset Amos fuisse omnium pastorum praefatissimum propheticum olivet.

Amosus secundus illustratus est commentatoris, inter ca- tholicos, Hieronymi Savonarola, Venetian. 1519; Joannis Augustini in *Theeue*, 1588, Tarnoli; Joannis Quincapontio, Parisi. 1580; inter heterodoxos, Eliae Schaelei, Argentorati, 1585; Joannis Gerhardi, Iena, 1676; C. B. Michaelis, Roi, 1730; Christoph. Harenbergi *Amos prophetae expositus*, etc., Luga. Batav. 1583; Ludov. Jesch. Ulandi, etc.

nostra infirmata perficitur, I Cor. xii, 9. Spiritus enim Sanctus tam potens est, ut inopes, ignorantes et miseros evahat ad summam scientiam, dignitatem et gradum. Audi S. Gregorium, hom. 30 in Eccl. : « Ecce, ait, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthaeum intheor, et Sanctus iste Spiritus qualis sit artifex, considerare volo; sed in ipsa mea consideratione deficit. Implet namque citharenum puerum, et psalmidum facit. Implet pastorem armentarium sycomorus vellicantem, et Prophetam facit. Implet abstinentem puerum, et judicem senum facit. Implet pescatorem, et predicatorem facit. Implet persecutorem, et doctorem gentium facit. Implet publicanum, et Evangelizans facit. O qualis est artifex iste Spiritus! nulla ad discordum mora agitur in omne quod volerit. Mox enim ut tetigitor mentem, doct; solumque tetigisse docuisse est. Nam humannum animalium subito ut illustrat, immutat: abnegat hoc repente quod erat, et habet repente quod non erat. »

De THECUE. — Urbs erat Judeæ, ex qua orunda fuit mulier sapiens et diserta, quam Joab misit ad Davidem, ut Absalom redditum ab exilio impetraret, que inde dicta est Thecuius, II Reg. xiv, 4. « Thecu, inquit Adrichomius in *Descript. Terra sancta*, civitas est in monte sita, uberrimis abundant pasquis, distat a Bethlehem miliaibus (leucis), quarum queque continet tria milia passuum; distabat enim a Bethlehem sex milibus passuum, ut initio dixi ex S. Hieronymo (duobus). Hanc Roboam munivit edificis: de hac fuit Amos pastor. » Ait Guillelmus Tyrius, lib. VIII *Belli sacri*, cap. I et xv, « etiam fuisse domicilius prophetæ Habacuc. Est autem nunc Thecua viens, ait S. Hieronymus, in nono ab Elia millario, contra meridionalem plagam. »

Mystice, *Thecua* hebraica idem est quod clangor tuba, vel buccina; quia, ut ait S. Hieronymus, verba Amos, quo tempore populus Israel avulsus erat a Domino, et aureis vitulis serviebat, sive avulsi a regno slirps David, clara vox cœcinerunt instar clangentis tubæ. » Amos enim hic clasicum canit Chaldeis ad invadendum et puniendum Israelem; unde et nomine suo prophetat. Amos enim idem est quod populus avulsus, ut quoties Israelites eum nominarent, meminissent se esse Amos, id est populum a Deo et a Davidis domo avulsum.

QUE VIDIT (que revelatione divina accepit: haec enim revelatio et propheta vocatur visio, vel verbum Domini, de quo plura Isaiae, 1, 1) SUPER ISRAEL. — Potest veri, *contra Israel*; sed melius super Israelem, quia Amos non tantum adversus, sed et prosperi Israeli prænuntiat: « *Primus Osee*, ait S. Hieronymus, prophetat ad decem tribus, quas appellantur Ephraim, Samaria, dominus Joseph, et Israel. *Secundus Joel* et Israelem et duas tribus, nullam omnino Israëlis faciens mentionem. *Tertius Amos* nequaquam ad Jeru-

## CAPUT PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Damasco ob tria et quatuor sceleras, præsentim eo quod savierit in Iudeo, excidium intentat. Idem facit Gaze, vers. 6, et Tyro, vers. 9, et Idumæa, vers. 11, et Ammonitis, vers. 13.

1. Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Ozias regis Juda, et in diebus Jeroboam filii Iosas regis Israel, ante duos annos terræ motus. 2. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, et de Jerusalem dabit vocem suam: et luxerunt speciosæ pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli. 3. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor non convertant eum, eo quod trituraverint in plaustris ferreis Galaud. 4. Et mittant ignem in domum Azael, et devorabit domos Benadad. 5. Et conteram vester Damasci: et disperdam habitatorem de campo idoli, et tenentem sceptrum de domo voluntatis; et transferent populus Syriae Cyrenem, dicit Dominus. 6. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Gaze, et super quatuor non convertant eum; et eo quod transulerint captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa. 7. Et mittant ignem in murum Gaze, et devorabit ædes ejus. 8. Et disperdam habitatorem de Azoto, et tenentem sceptrum de Ascalone: et convertant manum meam super Accaron, et peribunt reliqui Philistinorum, dicit Dominus Deus. 9. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, et super quatuor non convertant eum: eo quod conluserint captivitatem perfectam in Idumæa, et non sint recordati federis fratribus. 10. Et mittant ignem in murum Tyri, et devorabit ædes ejus. 11. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, et super quatuor non convertant eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, et violaverit misericordiam ejus, et tenerit ultra furorum suum, et indignationem suam servaverit usque in finem. 12. Mittant ignem in Theman: et devorabit ædes Bosra. 13. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, et super quatuor non convertant eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad, ad dilatandum terminum suum. 14. Et succendam ignem in muro Rabba: et devorabit ædes ejus in uluлатu in die belli, et in turbine in die commotionis. 15. Et ibit Melchom in captivitatem, ipse, et principes ejus simul, dicit Dominus.

1. IN PASTORIBUS. — Ita legunt Romana, Chaldaea, Symmachus et Vetus Editio, q. d. Amos fuit unus e pastoribus Thecœ. Minus id ipsum refellit Amos cap. vii, 4, dicens: « Armeniæ ego sum vellicans sycomoros, et tulit me Dominus, cum sequeretur gregem: » fuit ergo Amos bubulus, vel, ut S. Hieronymus ait, opilio. Uterque hebreus vocatur *noked* (unde *nokeda*, cap. ii, 48, Esdra, id est *Nicodemus*, ait Marinus in Lexico), id est punctator, inusitor, hoc est armentarius et pastor, qui pecudes suas propriis notis, punctis vel maculis inurit, ut eas ab alienis secerant, omnibusque constet eas esse suas. Radix enim *noked* significat punctum, stigma, maculum, quæ pecudi inuritur vel imprimitur. Unde S. Isidorus in *Vita Amos*: « Amos, inquit, pastor et ruseius, » etc.

Moraliter, disce hic quod infirma mundi eligat Deus, ut confundat fortia; virtus enim Dei in plures habent suorum gregum pastores, qualis fuit Abraham, Job, et Mesa rex Moab, IV Reg. iii, 4,

qui in Hebreo vocatur *נָקֵד naked*, scilicet ac vocatur Amos hoc loco. Verum id ipsum refellit Amos cap. vii, 4, dicens: « Armeniæ ego sum vellicans sycomoros, et tulit me Dominus, cum sequeretur gregem: » fuit ergo Amos bubulus, vel, ut S. Hieronymus ait, opilio. Uterque hebreus vocatur *noked* (unde *nokeda*, cap. ii, 48, Esdra, id est *Nicodemus*, ait Marinus in Lexico), id est punctator, inusitor, hoc est armentarius et pastor, qui pecudes suas propriis notis, punctis vel maculis inurit, ut eas ab alienis secerant, omnibusque constet eas esse suas. Radix enim *noked* significat punctum, stigma, maculum, quæ pecudi inuritur vel imprimitur. Unde S. Isidorus in *Vita Amos*:

« Amos, inquit, pastor et ruseius, » etc.

Nota ex *15 Reg. xiv. 23*: Jeroboam cōpī regnare anno 15 Amasias patris Oziae, et regnauit 41 annis; Amasias vero regnauit 29 annis; desū ergo Amasias regnare et vivere anno 43 Jeroboam. Successit Amasias filius Ozias; sed quia puer erat duxit ad坛um anorum, per tutores administratum est regnum per 13 annos, usque ad annum 27 Jeroboam: illo enim anno per se regnare cōpī Ozias, vel Azarias, cum iam 16 esset annorum, et regnauit, deinceps 12 annis, ut dictur *IV Reg. xv. 4*. Unde sequitur ultimus 14 annis, quibus in Israel regnauit Jeroboam, regnasse in Iudea Oziam; sic ut ultimi anni 14 Jeroboam coincidant cum annis primis 14 regni Oziae, quibus nesciisse est propheta Amos. Ita Arias et Ribera hic Melius dili, ut Torniellus in *Amaral*, Cajetanus in *IV Reg. xv.*, et a Castro hic negant hoc interregnum inter Amasiam et Oziam, censemque eundem annum Jeroboam nunc vocari 45, nunc 27; quia scilicet annus hic erat decimus quintus ab eo tempore, quo ipse post mortem patris solus regnauit; idem et *vigesimus septimus*, sed ab eo tempore quo, vivente adhuc pater, ab eo creatus rex, cum eo regnare coepit; quo fit ut hi 27 anni inchoantur sibi ab anno 4 ad 20, patris Jeroboam, qui ipse pater regni consors factus, cum eo regnauit 11 annis. Ex qua sententia sequitur Jeroboam cum Ozia regnasse non tantum 14, sed 27 annis, ut fuisse dicit *Ioseph. viii. 8*; unde et Amos, regnibus Oziae et Jeroboam, prophetavit hoc anno 25 Oziae, puta duabus annis ante terram motum, qui contigit anno 27 Oziae, ut iam ostendatur. Favel Eusebius in *Chronico*, dum ad annum 17 Oziae et sequentes annotat: « Prophetabant apud Hebreos Osee, Amos, Isaias, Joel et Jonas prophete. »

ANTE DUS ANNOS TERRE MOTUS. — Hujus terra motus memini et Zacharias, cap. xiv. 5, dicens: « Fugiti siue fugisti a facie terre motus in diebus Oziae regis Iudea. »

Queres, quis, quando et qua de causa fuit hic terremotus? *Primo*, Lyranus seculus R. Salomonem, et Arias censem esse illum de quo in visione Isaiae, cap. vi, cum scilicet ipse videt Deum sedentem in throne, et Seraphim illi agnoscentes, « Sanctus », dicitur: « Et commoti sunt superfluminaria caeliorum a vo clamantium, et dominus repleta est fama. » Verum obstat *primo*, quod haec fuerit visio *imaginationis*, Isaiae menti objecta, non autem realis terra motus; *secundo*, quod haec fuerit *imaginationis* concensus templi et celorum (in templo enim caelesti residebat Deus) non terra; *tertio*, quod illa visio contigerit anno *quinquagesimo* secundo Oziae, quo ipse mortuus est, ut ait Isaias; tunc autem non regnabat, nec vivebat Jeroboam,

dum puer aries coluisse rex, et longa Israelite usi fuisse felicitate, id est anni Jeroboami extremitatis. Eiusdem temporis indicia sunt, i. 5; et v. 7, ubi junjam Assirion, minatur arma: « item vnu, 2, ubi regi interitus appropinquare dicitur.

ut potest qui mortuus sit anno 44, vel post 27 Oziae, ut paulo ante ostendi. Respondet Lyranus visionem illam Isaiae contingisse ea anno quo mortuus est Ozias morte, non naturali, sed civili, scilicet cum percussus lepra ob usurpatum officium sacerdotale, templo, et hominum convictu regnoque ejectus est, ac pro eo filius eius Joathan regni administrationem suscepit. Unde Chaldaeus verit: *In anno quo percussus est Ozias. Verum et mortuus*, ad litteram mortem naturalem, non civilem significat, ut certe omnes Interpretes docent; qui profide communiter censem visionem illam Isaiae exhibitam fuisse anno 52 et ultimo Oziae.

Dico ergo hunc terrae motum contingisse anno 27 Oziae, ac consequenter Amos hec prophetasse biennio ante terrae motum, prophetasse ea anno 25 Oziae. Unde ab hoc anno 25 Oziae, et ab hac propheta Amos, Isaias, cap. vii. 8, computat 63 annos, post quos regnum Israelis eventendum predictum. Nam praecise 63 anni fluxerunt ab anno 25 Oziae, usque ad annum 6 Ezechie, quo ab Assyris eversta est Samaria et regnum Israel, ut ostendit *Ioseph. viii. 8*. Hec sententia est communis doctorem et interpretum, puta Hebreorum, S. Hieronymi, Cyrilli, Remigii, Procopii, Ruperti, Hugonis, Lyrani, Clari et aliorum. Accedit fere Torniellus et ali chronologi, qui hunc terrae motum censem contingisse anno 25 Oziae, ut consequenter Amos biennio ante, puta anno 23 Oziae, cōpisse prophetare.

Porro hīdē omnes, excepto Torniello, et uno Quatuor altero, secuti Josephum, lib. IX *Antiquit. xi. 1*, addūnt hunc terrae motum contingisse ob fasum Oziae regis, quo ipse victorius et secundis rebus inflatus, arrogavit sibi munus sacerdotiale, oblitusque incensum in altari thymiamatis. Itu enim regis fastum Deus tribus plagiis, sequi ac portentis punivit, ait Josephus. Nam *primo*, mox ut rex sacerdotibus, prohibentibus eum adiut altaris, minatus est mortem: « Ecce hi terra vehementer concutitur; » *secundo*: « Fissio superne templo, radis solis, os regis ferit, quod et vestigio lepra contactum est; » *tertio*: « Eodem tempore motu ante urbem, in loco qui dicitur Eroge, dimidit montis ad Occidentem vergentes revulsus, per quatuor stadia volutum, objectu demum Orientalis mentis constituit, obstructa via publica, et oppressa ruina horis regis. » Hec Josephus et alii jam citati ex ipso. Vide hic obiter quam acriter Deus superbos, prassertim sacrilegos et sacra invadentes, puniat. Accessit *quarta* plaga, quod rex lepra tactus templo et regna ejus, usque ad mortem vitam privatum et separatum, juxta legem egerit; quo circa regnum administravit filius eius Joathan. Hec Scriptura et Josephus.

Censem ergo auctores citati anno 27 Oziae eum adolevisse incensum, ideoque percussum lepra, et terra motu percussum, et templo et regia ejus, usque ad mortem vitam privatum et separatum, juxta legem egerit; quo circa regnum administravit filius eius Joathan. Hec Scriptura et Josephus.

*Quintus* annus regni Oziae, et *sextus* regni Joathan.

annum 52 quo mortuus est, successitque et filius Joathan natum esse eodem anno 27, quo Ozias pater percussus est lepra. Quare necesse est dicere Oziam per optimates deinceps regnum administrasse, donec Joathan adolesceret et regereret; quod quia misquam legimus, hinc aliqui de tota hac re dubitant, putantque hunc terrae motum ad peccatum et lepram Ozie non pertinere, sed alio tempore, alioque de causa accidisse, presentem quia Josephus loco citato innumeris Oziam panco duxit tempore fuisse leprosum. Ait enim: « Et cum aliquem privatum extra urbem vivisset, filio Joathamo rempublicam administrante, morore tandem confectus obiit anno atatis sexagesimi tertio, regni quinquagesimo secundo. » Unde Torniellus in *Amaral* censem Oziam lepra percussum anno 48 regni sui, cum iam Joathan filius eius 16 esset annorum, ut pro eo regnum administrare posset. Favel tamen priori sententia tot anctorum jam dicit, quod ipsa apposite combinat et conciliat Amos cum Isaiae, cap. vii. 8, ex eaque liquet Amos hec prophetasse 63 annis ante excidium Samarie, puta anno 25 Oziae. Favel etiam quod Scriptura, *Il. Paral. cap. xxxvi. 16 et 21*, inducit Oziam, cilius lepra percussum, longiore tempore leprosum vivisse. Ait enim vers. 16: « Cum roboratus esset (quod factum est violator, quas contra Philistinos, Arabes et Ammonitas primis viginti quinque, ut videtur, annis obtinuit, ut ibidem dicitur vers. 8 et seq.), elevatum est cor eius in interiorum sum, et negligens Dominum deum suum: ingressusque templum Domini adolera voluit incensum; » et vers. 21: « Fuit igit Ozias rex leprosus usque ad diem mortis sui, et habitavit in domo separata plenus lepra, ob quam ejusfectus fuit de domo Domini; » ubi verba « usque ad diem mortis; » et, « habitavit; » et, « ejusfectus fuit, » indicant cintumque fuisse ejus leprosum et separationem. Favel *tertia*, quod videatur Deus insolente mente jam Oziam voluisse premoneere per Isaiae et Amos, ne imilarer sceleris et sacrilegia regum Israel, qui per se et sacerdotes a se constitutos offererent incensum suis deo, puto virtutis aureis in Dan et Bethel, *III Reg. xiii. 4 et 33*; aliqui scirent pro regno ejiciendum, sicut ob idem peccatum post Giovannos exsindendum est regnum Israel cum saevoce. Vicissim, ut reges Israel visa post biennium punishmente et ejectione Oziae ob usurpatum sacerdotium, coniuraverunt sibi melius eventum, verasque esse prophetas et communiones excidi, quas Amos et Isaiae cōsiderant. Atque huc videatur esse causa, cur Amos et Isaiae tam precise tempus sue proprieatis consenserint; Amos dicens: « Ante duos annos terra motus, » Isaiae: « Adhuc sexaginta anni, et desinet Ephraim esse populus. » Favel, *quarto*, quod alio tempore motu, et diverso ab hoc Oziae, nec in Scriptura, nec apud Josephum, Josippum, Eusebium aliquos historios

(1) Quidquid sit de re satis dubia in qua varie sententiae interpres, dicendum est cum Sancto, istum terrae motum non fuisse notissimum omnibus; neque enim alter notaret annus illae gravi illi terra concussa, nisi res esset inter Hebreos notissima, et ex ea annus illi maxime celebris. Quod confirmatur quoque, inquit Ackermann, ex *eo quod post redditum ex captivitate, Zacharias cap. xix. 5*, ejus quoque mentionem facit tanquam evenus celeberrimi.

(2) Hoc est velut totius vaticinii proemium, comple-

tans quidam quasi compendium communianis, non modo contra Israhel, sed etiam contra nationes, qui

bus devastationis denuntia.

dicat : Deus qui in Sione residet, ibique igne sacro et sacrificis colitur, inde quasi leo rugiens exsiliet gravis ictus in hostes suos, puta in impios, qui ejus cultum et numen vel idolatria, vel alias sceleribus violaverunt, ita S. Hieronymus.

LUXERUNT (id est lugebunt) SPECIOSA PASTORUM, — scilicet pascua; per quae metaphorice intelligit speciosas urbes et palatia, aequa ac agros et prata Iudeæ, q. d. Sicu, leone rugiente, aufugient pastores cum gregibus, ideoque pascua deserta ac desolata lugere et squalore videantur, ita, Deo rugiente et per Chaldeos saeviente contra Israelitas aliasque gentes, omnes eorum speciosae urbes et domus, aequa ac agri et campi vastabuntur et desolabuntur, cesis, vel abducunt eorum incolis et culturibus, ita ut morere et lugere videantur. Sicut enim metaphorice agri et prata ridere dicuntur, dum florent; ita et lugere, cum desolantur. Ita Remigius, Hugo et Vatablus, ac S. Hieronymus, qui notat Amos, utpote pastorem, apposito uti metaphoris desumptus a pascuis : « Naturale est, inquit, ut omnes artifices suis artis loquuntur exemplis, et unusquisque in quo trivit atatem, illius similitudinem proferat, v. g. qui nauta est et gubernator, tristitiam suam comparat tempestati, damnum naufragium vocat, inimicos suos ventos contrarios appellat. Rursum, prosperitatem et letitiam aurorum placidissimam et secundos nominat venios, tranquilla maria et aquora. E regio miles quidquid dixerit, scutum, gladium, loriam, galeam, lanceam, arcum, sagittam, mortem, vulnus et victoriam sonat. In ore philosophorum semper Socrates, Plato et Aristoteles; oratores, Gracchos et Catones, Tullios et Hortensios in colum laudibus ferunt, etc. Sic et Amos qui pastor fuit, non in locis cultis, sed in lata eremi vastitate, in qua versatur leonum ferocitas, et interficio pecorum, artis sua usus est sermonibus; ut vocem Domini terribilem, rugitum leonum et frenitum nominaret, eversionem Israeliticarum urbium pastorum solidinum, et ariditatem montium comparans. » Hoc est quod vulgo dicitur.

Navila de ventis, de bobus narrat arator.

Et Eccl. cap. xxxviii, 26 : « Qui tenet arastrum, et qui gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat, et conversatur in operibus eorum, et narratio ejus in filiis taurorum, » etc. Denique Arabicus Antiochenus verit : *Contristati sunt pastores gregum; Arabicus Alexandrinus : Lungen pascua pastores, quia exsiccatum est caput Carmeli.*

EXSICCATUS EST VERTEX CARMELI. — « Duo, ait S. Hieronymus, sunt montes hoc nomine. Alter, in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad austrialem plagam, I Regum, xv. Alter juxta Ptolemaeidem, que prius vocabatur Acho, mari ministrans, in quo Iudas propheta flexis gregibus plurimas imprestat. Si ergo de Carmelo dicit in quo habitavit Nabal, magis pastorum gregibus conve-

nit, quia est iuxta soliditudinem. Sin autem de illo qui vicinus est littori, ad reges et ad superbiam pertinet regni Israel, quos immunitate captivitate instar montium desertorum dicit esse vastulos. » Ut libet ergo Carmelus hic accipi potest, et uterque fertilis in proverbiis abiit, estque symbolum fertilitatis, abundantie et letitiae. Unde ligna Punica, sive Arabica, quae Hebrei vicina est, adhuc hodie in Boifica, amenissime et pulcherrime ville vocantur *Carmenes*, ait Delrio, *adagio* 980. Commodius famen acipias de priore, qui pascuum et pastorum erat; ab eo enim Amos, utpote pastor, pastoritatem duxit similitudinem. Sensus ergo est, quasi dicit : Israelis, et vicinorum gentium Carmeli, id est villa, arvae, vineæ, pascua, opes, copia et gaudium disperderunt per Chaldeos. Rursum, in voce *vertex* notantur reges regumque ares, palatia, horii et villa; et symbolis potentia, imperium et gloria destruenda a Babylonis. Unde Chaldeus verit : *Desolabuntur habitacula regum, et desertum fet presidium arcum illorum. Accedit Theodoretus, qui per verticem accepit tum Jerusalam, quem erat capit et vertex Iudeæ, tum Samariam, quem erat vertex Israelis, sive decem tribum, Ioseph vii, 8 et 9. Denique Albertus et Hugo censem hic ad litteram predici siccatum, sterilitatem et famem Israeli et gentibus impensis immittendam et infligendam a Deo.*

Porro *Carmelus* hic non tantum notat agros et opes Iudeæ, sed et aliarum gentium; omnis enim ager et locus fertili, dives et speciosus, proverbialiter vocatur *Carmelus*. Id ita esse patet ex sequentibus; nam hanc propositionem : « Dominus de Sion rugiet, etc., et luxuriant speciosa pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli, » initio quasi themi propositionis, si in sequentibus explicat de Damasco, vers. 4, dicens : « Et mittam ignem in dominum Azael, et devorabit domos Be nadad. » Speciosa ergo pastorum, et vertex Carmeli Damasci, sunt domus Azael et Benadad. Et de Gaza, vers. 7 : « Mittam ignem in murum Gaza, et devorabit ades ejus. » Speciosa ergo pastorum, et vertex Carmeli Gaza, sunt murus et ades ejus. Et de Tyro, vers. 10 : « Mittam ignem in murum Tyri, et devorabit ades ejus. » Speciosa ergo et Carmelus Tyri sunt murus et ades ejus. Idem de Idumea dicit vers. 12, et de Ammon, vers. 14, et de Moab, cap. ii, 2, et de Iuda, cap. ii, 5, et de Israel, cap. ii, 6, 13 et 13.

3. HEC DICIT DOMINUS : SUPER TRIBUS SCELERIBUS Vers. 4 (perperam Arabicus Antiochenus verit, regionibus, vel climatis) DAMASI, ET SUPER QUATUOR NON CONVERTERAT EUM. — Incipit Amos a minis, quas Deus gentibus Israeli iniurias intentat, eo quod Israelites affixerint: primo, ut ex hostium suorum vindicta sciat Israel se Deo suo cura et cordi esse; secundo, ut ex pena infidelium, puta Damascenorum, Gazenorum, Tyriorum, Idumeorum, Ammonitarum et Moabitarum, suam, puta fidelium,

estmet. « Si, enim, in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fieri? » ait Christus, *Lucas* cap. xxii, 31.

Quares primo, quid sibi vult et super tribus sceleribus Damasci, et super quatuor?

Vatablus, Clarius, Bonmanuel et Mariana per quæ et tria et quatuor accipiunt septem, id est plurima sclera Damasci, q. d. Damascus nullum facit finem peccandi, sed jugiter sceleria sceleribus accumulat; si tantum bis aut ter paccasset, pepercisset illi; nunc quia non cessat, sed alia alii jugiter addit, non parcas ei. Septenarius enim in Scriptura symbolum est multitudinis et universalitatis, ex eo quod septem diebus Deus omnina creaverat. *Genes.* cap. i, et septem diebus hebdomada jugiter recurrebantur decurrant omnes dies omnia tempora. Sicut dicitur *Ecclesiastes*, cap. xi, 2 : « Da partem septem, nec non et octo, » id est omnibus indigenibus distribue partem et eleemosynaram. *Proverb.* cap. xvi, 16 : « Septes, id est frequentier, in die eadie justus. » *Zacharias*, cap. ii, 9 : « Super lapidem unum septem oculi, » id est multa excubie. *I Regum*, cap. ii, 5 : « Donec sterili peperit septem, » id est nullus filios. *Psalm.* cxviii, 164 : « Septies in die laudem dixi tibi. » Hic sensus videtur planus; tria enim et quartuor faciunt septem, praserint quia repetit et super, dicens : « Et super quatuor; » ergo haec quatuor sceleris alia sunt a tribus que praecesserunt; si alia, ergo juncta tribus prioribus faciunt septem. Melius alii censem hi quatuor tantum Damasci sceleris denotari; et enim quatuor idem est quod quartum, ut virtutem Syrus et Arabicus; Hebrew enim sepius numeros cardinales sumunt pro ordinibus. Exempla sunt in hac eadem voice *Prov. cap. xxx, 15* : « Tria sunt insatrabilia, et quartum (hebr. *terebra*, id est et *quatuor*), quod nunquam dicit: Sufficit. » et vers. 18: « Tria sunt difficilia mihi, et quartum (hebraice *terebra*, id est et *quatuor*) penitus ignoro. » Similia sunt vers. 21 et 29. Porro haec phrasit utuntur ad auxilium, ut significant quarti eminentiam super tribus quæ praecesserunt. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Hugo, Lyranus et alii. Simile est illud Virgilii, *ecloga* iii :

Triste lupus stabitis, maturis frugibus imber,  
Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.

q. d. Quartum et ultimum, puta ira Amaryllidis nobis sunt tristissima. Et Theodoretus, *idyl. vii*, ex quo more suo id mutatus est Virgilius : « Arboribus metuendum malum tempes, aquis cenum, avibus laqueis, feris agrestibus retia; viro autem tenero virginis amor, » q. d. Virginis amor præ ceteris omnibus viro metuendus est; quia illi eripit cor et mentem. Tale est illud *Proverb.* cap. xxx, 16 : « Tria sunt insatrabilia, et quartum quod nunquam dicit: Sufficit. Infernus, et os vulvae, et terra quæ non satisatur aqua; ignis vero nunquam dicit: Sufficit, q. d. Ignis accedit quartum.

(Maurer.)

omnium maxime est insatrabilis. Et *Proverb.* vi, vers. 16 : « Sex sunt quæ odit Dominus, et septimum detestatur anima ejus, puta eum qui seminat inter fratres discordias, » q. d. Hunc maxime odiit.

Sensus ergo est, q. d. Super tribus sceleribus Damasci, et maxime super quartu rascor, nec parcam, sed puniam illam; quoniam sit hoc quartum explicit dicens : « Eo quod tritiraverint in plaustris ferreis Galaad. » Similiter explicat quartum sceleris Gize, vers. 6, et quartum Tyri, vers. 9, et quartum Idumeæ, vers. 11, et quartum Ammon, vers. 13, et quartum Moab, cap. ii, 1 (i).

Queres, secundo, quoniam sint hec quatuor sceleris Damasci? Rursum, an hic numerus scelerum sumendus sit definite, an indefinite? Definiti accipiunt Rupertus, Albertus, Lyranus, Dionysius, Paladius et Arias, qui censem tria sceleris esse idolatriam, incestum, homicidium; Albertus vero, esse rapinam, mulcedum et gladium, quibus Damascenis persecuti sunt et afflixerunt Israelitas. Quartum vero exprimit Propheta dicens : « Eo quod tritiraverint in plaustris ferreis Galaad. » Verum tria priora non exprimit Propheta; quoniam circa illa ex cerebro interpretum conficta videtur.

Die ergo tria et quatuor hic indefinite sumi, et significare plurima scelerum Damascenorum, que ipsi perpetrarunt sub Asaë rege, tum contra Hebrew, tum contra alias gentes, IV Reg. viii. Tertiarius enim familiaris est sancta Scriptura, et primus est numerus multitudinis; hinc ejus est symbolum : « Tria enim sunt omnia, et ipsum tenet in omnem partem se effundit, » ait Aristoteles, lib. II *De Celo*, cap. i. Intellige omnia, non sola, sed prima; nec enim unitas, nec duo, faciunt omnia, sed mox ut sunt tria, si ea singula adint, dicimus adesse omnia. Unde S. Chrysostomus, homil. 41 in *Math.*, explicat illud cap. xii, 33 : « In farina satis tribus : » Tria, inquit, sata sunt

(i) Sic vero locus aliqua laborat difficultate, inquit Maurer. Nam si proper tria et quatuor delicta Deus propositum se executurum dicit, enumerationem expectas vel totidem vel plurim certe delictorum. Quotiescumque enim istiusmodi numeri res singula subjiciuntur, subiectur aut totidem quoniam sunt numerata, aut plures certe, (ut in his super citatis a Cornelio), hoc vero quem tractamus loco, unum tantum delictum subiectur, et sic quoque reliqui, quibus repetita est ista locution, plerisque huius et sequenti capituli locis... Sed verum si queris, potest, qui dicit proper tria delicta et proper quatuor te puniat, si voluerit delictorum affirme exempla, aut quatuor affire, aut otiam amittit. Potest enim aut totum numerum, quaternarium, inquam, respicere, aut solim id quod quartum est. Cujus rei causa ipsa natura istius locutionis posta est, in eo, inquam, mod, ut subsistamus in exemplo quo supra usi sumus, id quod quartum est seorsum ponunt, nam qui proper tria de licet et proper quatuor te puniat dicit Hebreus, id est dicit, si ei dicat, punian te proper tria delicta quibus accedit quartum.

multa. Quando vero ternario unitas additur, ut fiat quaternarius, tunc maxima multitudo, qua communem et ordinariam superat, significatur. Sic Virgilus :

*O tergo quaterque beati,*

id est plurimum beatū, imo beatissimi. Et Seneca in *Hippolyto* : « O tergo quaterque prospero fato dat! » Hinc et Deus vocatur « ter maximus, terelix, ter sanctus. » Causa et origo hujus rei et phrasis est, incrementus ternarius, puta ipsa Sanctissima Trinitas; haec enim est sanctissima, fellissima, maxima, ac omnia, imo infinita bona in se complectit, eaque ternariis a se creatis communicat, ideoque mentibus hominum, etiam genitum S. Trinitatem ignorantium, inserunt hanc angustam de ternario opinionem, ut eum Aristotele, lib. I de *Celio* cap. 1, censent ternarium esse principium multitudinis, eoque in areans uterentur, quasi sacrore, quod vehementer atque efficiat ad omnia putatur, uti at Plinius lib. XVIII, cap. iii, et Macrobius, lib. I *Saturni*, cap. vi. Hinc priscis tenio absorbitissimum et sacer erat, adeo ut quidquid ter dictum aut factum esset, id ratum et efficax haberetur. Hinc et Galli per *tris*, id est ter, significant superlativum, puta summum et maximum in suo genere, ut *très-bon*, id est optimus ; *très-sage*, id est sapientissimus, *très-riche*, id est dottiissimus, etc. Insuper « ternarius ad quacumque controversias dirimendas maxime idoneus est, ut qui principium, medium et finem in se continet, » ait Dionysius Halicarnassus, lib. III. Quocirca Plutarchus, tract. De *Pythag.*, discip. tradit unitatem a Pythagoreis Apollinēm nuncupari, dyada (id est dualitatem) litem et andaciam, triada justitiam et virtutem, que est medium duorum vitiorum. In ternario enim, aiebant, ipsum unum est medium, quasi centrum et numen, quo aqua distributio regitur, et ad quod quasi finem referunt; hinc ternarius est quasi circulus, et complexio omnium; in ternario enim est principium, medium et finis; unde et tria sunt omnia. Et prisci theologi ut designarent principium, medium et finem referenda esse in Deum, tria in sacrificiis offerebant. Et tria posita sunt a philosophis in cultu Dei : adoratio propter reverendiam; thus ob distributione suavissima cognitionis divine, et coelestium ac terrestrium virtutum; hymnus secundum Pythagoram, propter concentum oculi. Hinc Nicomachus : « Ter, ait, libant et ter sacrificant, qui vota sua petunt a Deo consummari. » *Theocritus, idyl. II* :

*Ter libo, ter et haec promunt mystica verba.*

Virgilus, IV *Georg.*, de sacrificiis Oceanī :

*Ter liquido astinem perfudit nectare Vestam :  
Ter lumen ad sumnum toti subiecta reluit.*

Ovidius, III *Festor.* :

*Ter caput horar, ter tollit ad aethera palmas.*

Idem dicunt alii passim. Seraphini ter clamant : « Sanctus, sanctus, sanctus, » Isaiae cap. vi.

Tres sunt virtutes Theologice, quibus Deum colimus : fides, spes, charitas. Tres partes penitentie, quibus eum conciliamus : contrito, confessio, satisfactio. Tria opera bona, quibus eum demeremur : oratio, jejunium, elemosyna. Arithmetica doceat ternarium in qualibet re inventri. Mundus enim est triplex : scilicet angelicus, corporeus, humanus. Anima tres habet potentias : intellectum, memoriam, voluntatem. Tres sunt angelorum hierarchiae, et in singulis tres ordines. Tria eorum officia : purgare, illuminare, perficere. Tres eorum cognitio : matutina, que est in Verbo, vespertina, que est serum in se; mediana, que est aperta Dei visio. Castitas triplex : virginalis, vidualis, conjugialis. Corpus triplex : empyreum, sidereum, aereum. In sole sunt tria : substantia, radius et lumen; sic in Deo, qui est Sol incepsus, sunt tres personae, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. In omni re sunt tria : essentialis, virius, operatio; vel entitas, species, ordine. In compoisitis est materia, forma et unio. Tres sunt aeris regiones : infima, media, summa. In arbore et planta sunt tria : folia, flores, fructus. Haec in rebus omnibus SS. Trinitatis sui vestigia posuit, ex quibus eam agnoscemus et contemplaremus. Tres in homine sunt spiritus : animalis, vitalis, naturalis. Tres animis vegetative operationes : nutritio, augmentatio, generatio. Bonum est triplex : utile, delectabile, honestum. Tres rerum sunt ordines : nature, gratiae, gloriae. Tres principia corporis partes : venter, cor, cerebrum. Tres cause artificiales et artificium : efficientis, formans, finalis. Philosophia triplex : ethica, physica, mathematica. Syllogismi tres sunt propositiones : maior, minor, conclusio. Triplex lex : nature, Mosis, Christi. Tres temporis differentiae et partes : praeteritum, praesens, futurum. Locus triplex : summus, medius, infraeius. Triangulus tres habet angulos, quea ex linea. Anguli sunt tres : rectus, acutus, obtusus. Quantitas corporis tria est : longitudi, latitudo, crassitas. Denique omnia in ternario, puta in mensura, numero et pondera creavit et dispositus Deus, *Sop. cap. XI*, 21. Hec et plura Petrus Bonus lib. De *Numeris mysteriis*, in *ternario*. Hisce ergo de causis ternariis symbolum est multitudinis, plenitudinis, perfectionis, universalis.

Iaque sensus huius loci est, ait S. Hieronymus, q. d. « Exspectavi multo tempore, ut Damasceni de suis scleribus agerent penitentiam, et ideo molui punire peccantes, ut aliquando conversi reciperent sanitem; verum quia tercio et quartio eadem faciunt, cogor mutare sententiam, et plagi corrigere delinquentes. » Si et Theodorus : « Quod vero, inquit, super tribus et super quatuor, multitudinem significat, hoc est, ut subdit, infinitas iniquitates. » Sic et Ribera, *Delio adagio* 971, aliisque supra citati. Hic sensus appositus

est, planeque genuinus videretur, si Prophetia dixisset (*super tribus et quatuor scleribus*); sic enim dicimus : O forte quatuor heati. Verum quia tribus non jungit quatuor, sed polius, quatuor a tribus separat et disjungit, dicens : « El super quatuor; » hinc magis genuinus videntur sensus, quem *Quast.* I indicavi, minime ut *quatuor* sumatur *pro quanto*, sensusque sit : Quia Damascus tria, id est plurima, perpetravit scleris, ne his contenta addidit quartum, *pro scleris omnibus insigne et enorme*, haec de causa indigna plane est venia, ideoque non parcam, sed plectam eam. Aut ut a Castro, q. d. Cum semel, iterum et tertio peperciter Damascenis, quando enormi scleri, quod cesteris adiunxit, nequaquam parcam, sed parcam. Quartum hoc scelus est, quod subdit : « Eo quod trularerint in plastris ferreae Galaa. » Cur enim inter tot scleras hoc unum exprimit et subdit Prophetæ, nisi quia hoc quartum erat, et enormous? Idem facit, idemque ut quartum scelus Gaze, Tyri, Edom, Ammon et Moab nominat, et taxat vers. 6, 9, 11, 13, et cap. II. Cum enim post *glutior*, id est quartum scelus, hoc unum subiecti, plane significat illud ipsum esse quartum. Omnino enim enorme, ceteraque omnia superans erat hoc scelus, quod inaudita crudelitate plastris ferreae trularerint Israelitas, puta Galadatas.

Tropologia. S. Hieronymus : « Primum, ait, peccatum est cogitasse que mala sunt; secundum, cogitationibus perversis acquevisse; tertium, quod mente deverseris, opere complesse; quartum, post peccatum non aperire penitentiam, et in suo sibi complacere delito. Hoc faciunt omnes herecici, qui non solum cogitant et faciunt mala, sed doctrina sua quosque simplices decipiunt, et in morem Damascenorum, qui interpretantur sanguinem bibentes, eorum quos deceperint sanguinem bibunt. » El Rupertus : « Primum, ait, scelus est voluntas perversa, et tunc peccator moritur interior; secundum, voluntatem opere complevisse, et hoc facto mortuus est peccator, et foras clausus; sed adhuc suscipi potest, sicut illum juvenem Dominus suscepit, qui per parlamenta mortuus efficeratur. Tertiū scelus est, opus in consuetudinem vertisse; et tunc peccator mortuus et sepultus est; sed adhuc ad vitam suscipi potest, sicut Lazarum sepulchrum jam quadrupedum et feltem Domini suscepit; quartum scelus est, in suo sibi peccato complacere. Deoque ad penitentiam revocant, et legi ejus redarguntur superbie spiritu resistere. Hoc scelus diabolicum est: est enim cor impudentia, et rebello, ac defensio sclerorum, id eoque plane venia indignum et pene irremissible.

Denique Hebrei nonnulli, quos sequitur Georgius Venetus in *Problem. S. Script.* tom. V, num. 114, censent Amos hic significare quod convertantur ii qui quater vel plures in idem

peccatum corrunt, q. d. Super tribus scleribus convertant eos, super quartu autem non convertant; sed ipsos sibi suisque scleribus et consuetudini voluntarie derelinquant. Hoc tropologicum pariter est, non literale, ut ipsi censem.

Non CONVERTANT EUM. — Aliqui codices legunt eam, scilicet Damascum; sed Romana, Hebreia et Interpretates passim legunt eam, scilicet populum; hinc enim Damascus significat; metonymice enim ponitur continens pro contento, civitas pro civibus et incolis. Hebrei est נָאשֵׁר לְאַזְנָבָן, id est non faciat reverti eum, non reducam eum; Vatablus : Non revocabo eum, scilicet furem meum, sed effundam et complebo eum in Damasco; Sephaginula : Non aversabo eos, id est non averam faciem meam, inquit Theodorus, a Damascenisi, sed iratus firmiter illam convertam ad eos, ut iras meas in eos effundam. Unde Arabicus subinde verit : Non revertar ab eis. Cum enim Deus sclera aliquis ulciscitur, dicunt firmare in eum vultum suum; ex adverso Davide petens veniam et gratiam Dei, ait : « Averte faciem tuam a peccatis meis. » Psalm. I, 11. Verum quia nulla furoris, nec facit Dei processus mentio, hinc secundo et genuine, « non convertam eum » (Damascum, id est Damasci populum), scilicet ad me, sou ad veniam et misericordiam meam, sed eum in suis scleribus, aque ac ira et vindicta mea, derelinquam. Unde Chaldeus et Pagnus vertunt : Non parcam ei, sed acriter puniam. Ita S. Hieronymus, Albertus et Hugo. Hinc Syrus verit : Non retraham, non revertar ab eis; Arabicus Antiochenus : Non ero penitens super eos; vel non convertant eum in locum suum, q. d. Captivitate non reducam eum insolente patrum. Hic pertinet expositor Sanchez, q. d. Non convertant eum, id est non revocabo eum a morte, que ex iudicio et decreto Dei iam certo ei eveniet, ut judeci debat jam advenisse. Videtur ergo iam esse mortuus, quia certe morti destinatus : ab ego eum non convertant, id est non reducam, non liberabo.

Terterio, Aris ascenens verit, retribuam ei, hoc est sclera ejus ulciscar, sieque per interrogacionem legit, et explicat: Numquid ob tria et quatuor, id est plurima, sclera non retribuant ei? omnino retribuant, et plectam eum. Arabicus Alexandrinus verit novi : Super tribus et super quatuor scleribus Damasci non sunt tristitia affectus, q. d. Peccata me non affligunt, sed ipsam peccantem. Melius idem cap. II, 1 : Non diffaram, non prolongabo, scilicet vindictam.

Imperdinens est Ruperti expositio : « Non convertam eum, » scilicet veritatem Carmeli, ad prisum suum viorem et fertilitatem. Erronea est B. Salomonis, qui ex hoc loco contendit tribus tantum vicibus peccatorem penitentem a Deo recipi, quarto non recipi. Quin et theologi nonnulli peccatorem quandoque adeo graviter et sepe peccare censunt, ut in peccato Deus denegat

Illi auxilium sufficiens ad posse: quo fit ut ponitere et converti nequeat. Id autem fieri, cum implevit mensuram peccatorum a Deo determinata, de qua accipiunt illud *Matt.*, cap. xxii, 22: « Et vos implete mensuram patrum vestrorum. » Verum hoc de copioso et efficaci auxilio verum est; de sufficienti falso; sic enim peccator non esset amplius viator, sed cum damnatio quasi damnatus, utpote privatus auxilio necessario ad salutem, sine qua impossibile est eum salvare, et necesse damnari.

Moraliter, disce hic gravem Dei esse punitionem, cum ipse peccatores non convertit, nec a peccatis revocat, sed in tis derelinquit et obdurat, ut obduravit Pharaonem; tunc enim ruunt in interitum presentem, et aeternum, uti configit Pharaoni, *Exodi*, cap. vii, 3. Vide ibi dicta. Impunita incurie soboles, insolentia mater, radix impudentiae, transgressionum nutrit, » ait S. Bernardus lib. III *De Consilior. cap. v.*

EO QUOD TRITURARENT IN PLAUSTRIS FERREIS GAI-

LAAD. — Quartum et summum hoc est scelus Damasci, ideoque irremissibile quoad vindictam; ob hoc enim Deus Damascum destinavit gladio et excedio Assyriorum, q. d. Damascus tria, id est plurima, sceleru perperavit; ea dissimulauit, iisque adhuc pepercisset. Verum quia quartum addidit, tam crudelitatem et horrorem, hinc ulti non parcam, sed ulti exurgam, in eumque de- seviam, ut ipsi seviti in Israelem. Cetera ergo eum manet ulti, certum excidium. Nota: Perpetua a tempore Iosue fuere bella inter Syros, quorum caput erat Damascus, et Israelitas, tum ob viciniam, tum ob disparitatem fidei et morum. Syri ergo sepe affligerunt Israelitas, dissimilante Deo; sed intoleranda fuit afflictio, qua eos planstris ferreis triturarunt, quam proinde Deus dissimilare et decoquere non potuit. Hec afflictio configit sub Azael rege Syria, illamque ei flens predixit Eliseus, cum ei regnum promitteret: » Scio, inquit, que facturus sis filii Israel mala. Civitates eorum munitas igne succendes, et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et pregaenates dividies. » *IV Reg. cap. viii, 12;* itaque factum esse patet *ibid. cap. xii, 4:* « Attriverat, inquit, eos rex Syrie; » et vers. 7: « Interfererat eos rex Syria, et redigebat quasi polverem in trituram aream. » Unde perspicuum est, ait Theodoretus, « quod Damasceni in aream quamdam mulieres Israelitae projectantes, rotis ferratis tanquam spicas crudeliter triturabant. »

IN PLAUSTRIS FERREIS. — Hebreum ρύπανος charuts significat traham, sive tribulam, quia super segmentum circumacta grana ex ea excentiuntur, teratur et triturantur; unde et tribula a terendo dicta videtur. Radix enim ρύπανος significat strigere, excutere, concidere, excidere; Hebrei enim triturabant planstris ferratis et dentatis, quasi tribulis. Hoc, ait S. Hieronymus, est genus plaus-

tri, quod rotis subter ferreis atque dentatis volvitur, ut, excussis frumentis, stipitum in area conterat et communiat. Unde Septuaginta vertunt: *Securunt in serris ferreis; Symmachus, in rotis ferreis; Tigurina, in rastris ferreis; aliis, in carpentis ferratis; Vatablus, in tribulis ferreis.*

Aliqui haec metaphoricę accipiunt, ut haec phrasit, quod rotis subter ferreis atque dentatis volvitur, ut, excussis frumentis, stipitum in area conterat et communiat. Unde Septuaginta vertunt: *Securunt in serris ferreis; Symmachus, in rotis ferreis; Tigurina, in rastris ferreis; aliis, in carpentis ferratis; Vatablus, in tribulis ferreis.*

Moraliter, disce hic quam crudelitas Deo et hominibus sit exosa, quamque Deus pars pro refe- rat, ut crudelis sit in crudelibus, imo eos simili quod alii intulerint tormento occubere cogat; quia crudelitas hec justitia est, justaque vindicta. Hac de causa hic per Amos, aequa ac per *Isaiam cap. xiv, 29 et seq.*, *Jeremiam cap. XLVII et seq.*, *Ezechiel cap. XXV et seq.*, aliquos prophetas, Philistinis, Idumeis, Tyris alisque genibus acerba supplicia intentat, eo quod seviri in Israelem populum Dei. Quocirca Aristoteles ad Alexandrum hoc ei dicit documentum: « Pare effunde humum sanguinem; quia hoc illius est, qui novit secreta cordium. » *Pierandier apud Ausionem:*

Multis terribili cavelo malos.

Cassiodorus in *Psalm. x*: « Quid prodest crudelibus persecuti, quos vident persecutionibus semper angari? » Exosa et explosa fuit uxor Annibalis, ipseque Annibal, qui inspecta humani sanguinis fossa, pulchrum in ea spectaculum dixerunt. Ita Fulgentius, lib. IX, cap. XI. Crudele Sylla dixit Q. Catulus: « Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? » Ita Eutropius in *Sylva*. Augustus Caesar, audit Herodis infanticidio: « Malleum, ait, Herodis porcus esse, quam filius; » porcos enim non mactabant Iudei. Ita *Macrobius*, lib. II *Saturn. cap. IV.* Neroniana vox est: « Me mortuo terra misceatur incendio. » Ita Dion Nicias in *Vita Neronis*. Quocirca mater Neronis Agrippina, cum ejus jussu occideretur, centurioni ferrum stringentem ventrem ostendens, clamabat: « Hunc percuti: hic est fero fodiuendus, qui portentum istud genuit. » Ita *Suetonius* in *Ner. cap. viii*. Hi sunt Phalarides, Mezentii, Maximini, Timones, Dicloletianus. Caligula frequenter exclamare solebat: « Utinam universus populus Romanus unicam cervicem haberet! » scilicet ad eam uno ictu

amputandam. Ita Eutropius. Ejusdem fuit haec vox: « Memento mihi omnia in omnes licere. » Vitellius, occiso Othoni cum suis, dum ejus assecus tabem cadaverum abhorrent, dixit, « optime olore, occisum hostem et melius civem. » Sed hic tandem religatis post tergum manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissa, seminatus in forum tractus inter ludibrija, tandem apud scalas Gemonias minutissimum itibus exarcinatus confectusque est, indeque uno in Tiberim tractus. Ita Fulgosius, lib. IX, cap. XI. Sic miser perit Deo vindice, imo se occidit Nero. Sic et miser perierunt Caligula, Maximianus, Dicloletianus, Annibal, Berodes. Vere Thales Milesius, rogitus quid difficile unquam vidisset, respondit: « Tyrannum senem. » Quocirca Phalaris tyrannus dicere solebat: « Ego qui expertus utrumque sum, tyramidi malum subesse quam praesesse. Subditus enim aliorum malorum securus, unum tyramum metuit: tyranus autem et eos qui foris insidiatur, et illos per quos servatur. » Ita Stobaeus, sern. 47. Quidam tyranicidam optans, Brutus statu subscriptis: « Utinam viveres! » quod opera Brutus Tarquinii ex urbe pulsus esset. Et Caesaris statue hos versus subscripte runt:

Brutus quia reges ejecit, primus consul factus est:  
Hoc quia consules ejecit, rex postremus factus est.

Nec multo post Caesar a senatoribus viginti tribus vulneribus in curia confossum est. Mithridates una epistola octoginta millia Romanorum in Asia, per urbem negotiandi causa dispersa, interitem, tandem provinciam injusto, sed non inuito, sanguine respersit. Nam a Romanis in eas angustias redactus est, ut veneno morem sibi conservicerit. Quocirca ipse cum maximo cruciatus, veneno repugnantem (ex longo ejus usq.) spiritum suum tandem succumbere coegit. S. Cypranus, tract. *De Oratione Domini*, ad homines superare bestias crudelitatem: leones enim pepercerunt Daniel in lacu, in quem eum conjecerant Medi; et cum Achab persequeretur Eliam, pavuerunt eum corvi, III *Reg. cap. xii.*: « O humana malitia, ait, detestanda crudelitas! fera parvunt, aves passantur, et homines insidiatur et saviunt. » Idem *ad Demetrium*, sub Decio et cum Decio ac Valeriano, persecutorem christianorum: « Innoxios, inquit, justos, Deo charos domo privas, patrimonio spalias, catenis premis, carcere includitis, bestiis, gladio, ignibus punis. Nec saltu contentus es dolorum nostrorum compendio, et similes ad veloci brevitate poenarum: admoveas lanianis corporibus longa tormenta, multiplicis lacerandis viseribus numerosa supplicia; nec feritas, neque inumanitas tua usitatissima potest contenta esse tormenta: excoigit novas penas ingenios crudelitatis. Quae haec est insatiables carnificina rabies? que inexplicabilis libido sevientis? » Sed et Decio vices repedit Deus, effectique ut a

Gothis aude vicius, fugiens cum equo in paludem inciderit, a qua absorptus nunquam postea comparuit. Valerianum vero Saporis Persarum regi captivum tradidit, qui consensurus equum eo pro scabello utebatur. Denique septem illi Machabaei fratres, crudeliter ab Antiocho excruciati et frixa, eidem quasi leones insultarunt, et crudeliter sequere necem ei quasi Propheta intentarunt, II *Machab. VII*, inter quos minimus natu, vers. 31: « Tu vero, ait, qui inventor omnis malitia factus es in Hebrewos, non effugies manum Dei. » Et mox: « Tu autem, o scelesti, et omnium hominum flagitosissime, noli frustra extollit vanis specibus in servos ejus inflammatus. Nondum enim omnipotens Dei, et omnia insipientis, judicium effugisti. Name fratres mei, modico nunc dolore sustentato, sub testamento aeterno vita effecti sunt: tu vero iudicio Dei justas superbie tua penas exsolves. » Verus fuit vates: nam Antiochus paulo post acerrimo viscerum dolore, et fastore intolerabiliter excruciatus, corrossus a vermine, blasphemam animam diaboli exhalavit, II *Machab. IX*.

4. ET MITTAT IGNEM IN DOMUM AZAEL. — puta in familiam et posteros Azael. Jam enim Azael mortuus erat, et regnabat filius eius Benadad, de quo sequitur, ut patet IV *Reg. cap. xii, 22 et seq.* Ignem intellige, tum proprie dictum; solent enim victores, dum urbes rebellis capiunt et exscindunt, ferro flammagine in eas grassari: tum acres potestis et efficaces strages, ac excidium gentis et regni. Hoc enim in Scriptura per catastrophes significat ignis, qui omnia depascit et in cineres redigit. Porro haec strages Damasci facta est a Te-gla-thipha-lasar rege Assyriorum, qui vocatus ab Achaz rege Iuda, presso et pene oppresso a Rasin rege Syria, et a Phace rege Israel, in auxilium, Damascum obsecrit, cepit, exdidit, Rasin occidit, Damasci cives transluit Cyrenam, ut patet IV *Regum*, cap. xv, 5. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, Remigius, Lyranus, Arias et alii. Nominat Azael, quia vixit, et affixit Israelem paulo ante tempora Amos, pula sub Joachas, ayo Je-roboam, sub quo prophetavit Amos. Porro Deus non punivit Damascum et Azaeliam statim, sed de more expectavit, ut posteri implerent mensuram peccatorum a se vindicatae præstabilitum, quod factum est tempore Rasin: unde tunc et filios, et patres in filiis punivit et everavit.

ET DEVORABIT DOMOS (palatia) BENADAD. — Benadad hic fuit filius Azael, IV *Reg. cap. xii, 24*, ac proinde diversus a Benadad, qui pugnavit contra Samariam tempore Achab, II *Reg. cap. x, 1*; illum enim occidit Azael, ejusque regnum occupavit, IV *Reg. cap. VIII, 7 et seq.* Porro illo tempore multi reges Syriae vocati sunt Benadad. Adad enim, sive Adarezer, fuit primus rex Syriae, quem do- vicit David, II *Reg. viii.* Ab hoc successores dicti Benadad, id est filius, vel hæres et successor Adad. Jam strages haec facta est, non sub bena-

dad filio Azaelis, sed sub nepota ejus Rasin, ut jam dixi.

3. ET CONTERAM VECTEM DAMASCUS. — « Vectem, » id est portas : haec enim vectibus obserari solent. Rursum « vectem, » id est robur, ut verit Chaldeus (robur enim portarum est in vectibus : hinc vectus typus est roboris), puta dictes, milites, arma, animos, munitiones, monam, quibus quasi vectibus se communiabant, et invictos putabant Damasceni : sed mihi horum Doo, per Assyrios oppugnanti eos, resistere valuit, in omnia ab eo contrita, illuc prolapsa corruevit.

ET DISPERDAM HABITATOREM DE CAMPO IDEI. — Damascus, eisque adiacentes planities, vocatur hic *campus*, isque « idei ; » quia idolis abundans, iisque addicissima, inquit S. Hieronymus et Theodoreus. Tigrina et Aris vertunt : *Dovalle vanitas*. Tali et fuit Damascus : que vanitati dedita, ideology, Deo puniente, exisa et evanescens, toti orbi vanitatis speculum dedit. Septuaginta et Theodoreus retinunt vocem hebream, verumptum, « de domo Oe ; » Symmachus et Vetus Editio, « de domo iniquitatis ; » Aquila, « de domo iniusti. » Eadem Damasci mox vocatur *domus voluptatis*, id est deliciis affluens : in qua struprum tenebantur Rasi, quando ea, illi occiso, ab Assyris versa est. Pro *voluptate* hebreica est *TP kir* edem : unde grecum *θερη*, id est voluntas. Hinc pro *edera* Septuaginta vertere solent *idem*, hoc tamen loco vertunt, *Charren* : quae Eden regio, in qua sita erat paradisus terrestris, fuit in Mesopotamia et locis viciniis, in quibus sunt Charre, urbs Parthorum, ubi cæsus est Crassus Romanus, ut ostendit Genes. cap. n. Porro Theodoreus idipsum si exponi, q. d. Non solum Damascum, sed et aequalis omnes, et eos qui ex Charra eo habitatum commigrarunt, captivos efficiunt. Complutensis retinunt *Eden*, sed corrige legunt *Adam* vel, ut Villapando in cap. xxvii *Ezech.* 23, legit *Adam*, eo quod Eden fuerit locus Adami; ipse enim a Deo in Eden collocatus est. Hinc et Syrus vertit, « in domo *Adon*. » Porro Damasci regio et ditio non longe abest a Mesopotamia, in qua sit Eden et paradisus terrestris. Rursum ipsa Damasci urbis et regio amona est et fertilis : quoicunque et ipsa suam habuit Eden umbra, vel regione, ad quam hic alludit Amos. Unde de his Damascena Eden loqui *Ezechiel* cap. xxvii, 23, et *Isaiam* cap. xxxvii, 11, censem Marinus in *Lexico*, et alii nonnulli. Alludit ergo Amos ad Eden paradisi, et ad Adam, quem nonnulli a Deo creatum censem in Damasceno agro, ex terra rubra, indeque dictum Adam. Adam enim, vel Edom, hebreice idem est quod rufus, vel rufus, de quo dixi *Genes.* cap. n, 7, q. d. Sic Adamum ob peccata expuli ex Eden paradisi, sic Damascenos ob sceleru expellam ex sua Eden, id est loco voluptatis (1). Addunt alii in Damasco oculum esse

Abelém a Cain, indeque nomen acceperisse : Damascus enim hebreice idem est quod *sanguinem bibens* (ait S. Hieronymus in cap. xxvii *Ezech.*), scilicet Abelis. Ita Sanchez. Si etiamnum hodie Deus gentes suis regionibus, et privatos suis distinctionibus opulentis, et viridatibus, ac paradise delicious expellit ob eorum crimina, presentim illis ipsis locis commissa, uti vidimus, presertim illis ipsiā virtute : *Et concidam elationem (fastidium) de virtute (robore) ejus.*

ET TRANSFERETUR POPULUS SYRIE CYRENE. — Due urbes dicte fuerunt hebreicas *TP kir*, et latine Cyrene. Prima fuit in Libya, a qua denominata est regio Cyrenaica, ait S. Hieronymus et Strabo, lib. XVII. De hoc aut Lucas, *Acto* n. 10 : « Et partes Libye, quae sunt circa Cyrenam. » Secunda fuit in Media. Hic agitur non de prima, ut censit S. Hieronymus, Remigius et Illo, sed de secunda : Hec enim Assyris erat subjecti et vicina : unde eo Syros, expugnata Damasco, transferuntur Assyri, IV *Reg.* xvi, 9; idque discrete asserti Joseph, dictis lib. IX, cap. xiii : « Teglatphasar Damascenos (a se vicos et expugnatos) in superiori Medium destinavit. »

Dicta est Cyrene ab Hebreis et Chaldeis (lingua enim Assyria et Chaldea vicina sunt, et dialeti duantax linguae hebreæ) *kir*, id est paries, murus, quod egregie murata et immuta esset quasi arx et propugnaculum regionis. Id ita esse patet ex *Isaia* xv, 7, ubi *terrikir*, sive Cyrene in Moab, hebreice vocatur *תְּרִיךְ קָרֵשֶׁת* *kir chareset*, id est habens muros lateritios. Unde Noster vertit : *Muros cocti lateris.* » Vide ibi dicta. Septuaginta pro Cyrene vertunt, *τείχες*, id est nominatus : *Transferetur*, inquit, *populus Syriae nominatus* : quia hebreum *TP kir*, id est Cyrene, accepimus non ut proprium urbis, sed ut appellativum : rursum *TP kir* censerunt idem esse quod *TP kira* per aleph, id est vocativo, nominativo. Ita S. Hieronymus. Verum *kira* est femininum, non masculinum. Melius ergo Noster et alii vertunt ut proprium, *Cyrene*.

6. SUPER TRIBUS SCLERENIS GAZE. — A minis et *Vera*, onore Damasci transit ad minas et onus Gaze et Philistinorum, ob tria, id est plurima, eorum sceleris, et qualiter, id est quartum, scilicet quod « transstulerint captivitatem perfectam, » de quo mox. Phrasim hanc jam expliciti in onore Damasci, vers. 3. Porro Philistea quinque habentur et satrapias, totidem satrapis, sive principibus subjectis. Ubiq[ue] nomina sunt, Geth, ex qua natus est Goliath, quem occidit David; Accaron, Azotus, Ascalon et Gaza, quae Judeis fuerunt infenissimae, et perenne cum eis bellum ger-

(1) Eden est hodiernum nomen regionis et vici Libani in valles Calesyriae descendere incipientis. Vide Laroche, *Voyage de Syrie et du mont Liban*, pag. 195 et seqq., et Steph. Schmitz Itinerarium, cui titulum fecit : *Leitungen des hochsten, tom. V*, pag. 458, neenon J. D. Michaelis, *Syrien et Lezz*, hebr. pag. 1838. Grotius *TP eden* videtur esse Syria locus qui Ptolemao *Παράδεισος* nominatur.

serunt. Dicitur *Gaza* hebreice *תְּגַזָּה*, vel *Gaza* (hebreum enim *ain*, quia gutturale, innopectorale, solet sepe veri per *g*, ut patet in Gomer, Gomorrah, Phegor, in quibus pro *g*, hebreice est *ain*), id est fortis a munitione. Ita S. Hieronymus et alii. Errat ergo Pomponius Mela, lib. I *De Situ orbis*, cap. xi, dum ita hinc urbidiitum esse nomen persicum, dicique Gazam, id est arenarium; gaza enim persica pecuniam opesque significat, eo quod Cambyses, inquit, cum *Egyptum* invaderet et spoliaret, in *Gazam* bellum opes contulerit. Nam tempore Amos, imo Moses et Abraham, qui longe precesserunt Cambysen, haec urbs vocabatur *Gaza*, ut patet *Genes.* cap. x, 19, et *Deuter.* cap. n, 23. Illud ergo etymon *Gaza*, quod affectat *Mola*, verum est potest de *Gazu* Mediae (hinc enim Persis erat vicina), de qua Ptolemaeus lib. VI, cap. n, aut *Elthymia*, de qua Ptolemaeus lib. IV, cap. viii, non Palestina, ut ipse habet, *Gaza* postdicta est *Gazara*.

Contra Gazam et Philisteos prophetat quoque Jeremias, cap. xlvi, eisque excidium per Chaldeos intentat. Vide ibi dicta.

Tropolo- glia Tropologicus S. Hieronymus : *Gaza*, inquit, hebreice idem est quod fortitudo, vel imperium. *Edom* est rufus, sanguinarius et terronus. *Azotus*, vel ut hebreo *aswd*, idem est quod ignis subversio, sive patru. *Ascalon* idem est quod ignis homicida, sive appensa et ponderata. *Accaron* idem est quod *tszr*, id est sterilitas ; et *tszr*, id est sterilitas. Hic omnibus significatur Judei (aque haereticis) qui persecuti sunt fideles. Hi enim dimicant *Gazei*, quia fortitudinem scientie sue, et imperium sibi reprobunt. *Vocantur Azotus*, quia ubera Synagogæ non laete, sed igne sunt plena ; et quae mentitur ignem habere se patru, ejus universi generatio ignibus depurata est. *Vocantur Ascalon* : sicut enim ignis Domini saluos faciet eos, quorum corda penetrauerit, sive ignis iste qui deo decidit quasi fulgor, qui succedit diabolis sagittis, quoscumque afflaverit interficiat. *Vocantur Accaron*, quia steriles sunt et eradicati, justus illud. *Osee* x : « Quid dabitis eis ? Ob tria vilium sterilem, et ubera arenam. » *Vocantur Geth*, id est torcular, scilicet diaboli. *Vocantur Philistium*, id est cadentes populo : cum enim inebriti fuerint convenerint, et in suo vomitu voluntubantur. Hucusque S. Hieronymus. Pressius Rupelius : « *Gaza*, ait, sonat fortitudinem, et Judeorum designat rebellionem adversus veritatem. *Azotus* interpretatur ignis rufus, sive patru ; et ardorem in illis significat invidiam patrum eorum diaboli, qui exuberant in eis. *Ascalon* interpretatur ignis homicida, et homicidalem illorum furorem designat. *Accaron*, steriliter, et inopiam illorum, quia fructum spiritus fugium, et paleam littere sedentur, significat. *Philistium*, sive *Philistinos* : Ideo, inquit, translati *Judeos* san Israhelitas, ut eos Iudeis, hostem maxime infensos, proderentur. Crudele est, aliquem e proprio transference, crudelius, quem transtuleris, hostemque infestissimos habet, tradere.

7. ET MITTAM IGNEM IN MURUM GAZE. — « Ignem, id est clamidem et stragem, vel etiam ignem proprium. Ministrat *Gaze* et Philistinis excedit p. Nabuchodonosor. Hic enim Philisteos vastavit ut patet *Jerem.* cap. xxv, 20, et cap. xlvi, vers. 4. Vide dicta illi loci.

9. SUPER TRIBUS SCLERENIS TYRI (A Philistina transit ad Tyros, eisque præter tria, id est prima, sceleris, idem quartum de Judeis in captivitate abducis obiecto, pœnamque eandem suicit et intentat) : NON CONVERTANT EUM. — scilicet

(1) Sepe novimus ante Amos crudelites fuisse Philistinas in Dei populo, at non constat nobis, quando civitum duxerint, et tradiderint Iudeis, quamvis accidisse certo credamus. Rossmuller sententia a Corin. expugnat astipulator, quamvis et ante hoc, in tempore Iovani, qui cum Edomitis itidem bello impulitos fuit (II Reg. viii, 20 seqq.), simile quid fecisse pertinet. coll. II *Paral.* xii, 16, 17. Ceterum, ut bene nos idem auctor, crimen angest Amos a proposito ac *in Gazzorum*, sive *Philistinorum* : Ideo, inquit, translati *Judeos* san Israhelitas, ut eos Iudeis, hostem maxime infensos, proderentur. Crudele est, aliquem e proprio transference, crudelius, quem transtuleris, hostemque infestissimos habet, tradere.

ad gratiam et veniam, q. d. Non parcam Tyro, sed «mittam ignem» in eam. Eadem sceleris, idemque excidium per Chaldeos intentat Tyro Isaías cap. XXII, Ezechiel cap. XXVII, Jeremias cap. XLVI, 4. Vide dicta illis locis.

Eo quod conculserint captivitatem perfectam in Idumea. — Hebreiota οὐδεὶς λεόντης, id est ipsi Edom, q. d. Quia capivariunt omnes Iudeos, eosque viderunt Idumei, qui nati sunt hostes Iudeorum, neque ac Philistini; cum quibus alli que vicini gentibus conspirarunt in excidium Israëlitarum, iuxta illud Psalm. LXXXI, 6: «Adversus te testamentum disperguntur tabernacula Idumeorum, et Ismaelitae, Gebal, et Ammon, et Amalec: alienigenae (Philistini) cum habitantibus Tyrum.» Ita S. Hieronymus, Theodoreutus, Lyranus, Hugo et alii. Porro quando hanc captivitatem intulerint Iudeis Tyri ignoratur, uti de Philistini dixi vers. 6. Albertus et Vatabulus censent eam illis intulisse, quando illi fugientes e Iudea, ob invasionem Assyriorum et Chaldeorum, in Tyrum, quasi in asylum, a Tyris capiti et venditi sunt Idumeis. Remigius vero et Arias censent Iudeos mercede causa venientes Tyrinna Tyri comprehensos venditosque fuisse. Theodoreutus autem: «Externi, inquit, Iudeae tribui vici, continerunt cum hac bellum gerentes, quos capiebant non aliis quam Idumeis vendebant, qui illiciunt inimici et maximi hostes erant (1).»

Et non sint recordati foderis fratrum, — quod scilicet Hiram rex Tyri pepigit cum Salomon rege Iudeorum: illud enim tantum tamquam arctum fuit, ut se invicem fratres nominarent, ut patet III Reg. cap. v et ix. Ita S. Hieronymus, Theodoreutus, Hugo et Lyranus.

Alter Vatabulus, «federis fratrum», id est quod deberat esse inter fratres, puta inter Jacob et Esau, eorumque posteros Israelitas et Idumeos, q. d. Tyri inter fratres excitarunt odia, nimis Iudeos concilarunt contra Iudeos, dum eis Iudeos quasi seruos viderunt. Hoc scilicet est ingens, miliisque displices, ideoque excidio Tyri illud punium et vindicabo.

10. MITTAT IGNEM IN MURUM TYRI. — Ignis synecdochice, vel catastrophes quamvis penam, stragam et calamitatem significat, uti dixi vers. 4. Hinc vastatio Tyri facta est per Nabuchodonosorem, qui post tredecim annorum obsidionem, eam expugnavit et vastavit, uti docet Ezechiel, cap. XXIX, 18, et Jeremias, cap. XXVII, 3, et cap. XLVI, 4. Vide ibi dicta. Ita S. Hieronymus, Remigius, Hugo, Lyranus et alii passim.

(1) Ceterum in libris veteris Testamenti historici hominem diserte quidem non memoratur; dubitari tamen vir potest, quin ad idem tempus, quo Philisteorum, referenda sit etiam Tyrorum erga Iudeos immunitas, non modo propter vicinum ordinem, quo Tyri Philisteis proxime subiunguntur, verum etiam propter parallelium Joel IV, 4, ubi simile inhumanitatis exemplum sibi genti una exploratur.

11. SUPER TRIBUS SCLERIBUS EDOM. — A Tyris <sup>Vix ill.</sup> transit ad Idumeos, idemque scelus persecutionis Iudeorum in illo culpat et plectit. Crepit enim hoc dissidium ab ipso Esau, qui ob crepta sibi progenita a Jacobo, eum infernicio odio persecutus est: unde factum, ut odium fratrum servetur in posteris, ait S. Hieronymus: nam illud cum semine propagantur, non tam ipse, quam nepotes eius in posteris: quod tam acre et continuum fuit, ut Psalm. CCCVI, 7; Numer. XX, 18, et alibi, acerbe de eo querantur Prophetae. Porro, quam hoc scelus Dei dispergitur, declarat hic ipse dicens: «Quod persecutus sit in gladio fratrem suum (alludit ad Genes. XXVII, 41), et magis ad Numer. XX, 18, ubi Idumei armati israelitae ex Egypto tendentes in Chanaan transitu prohibuerunt, et violaverit misericordiam eis;» Tigrina: Corripit viscera miseracionis sue, quibus scilicet debet fratrem suum prossequi, ejusque afflicti miseri. Septuaginta, quod violaverit *virgo*, id est *matrem*, sive vulvam matris (Hebreum enim θῆτα *recham*, et vulvam, et misericordiam significat, ait S. Hieronymus) in *terris*. Jacob enim et Esau fuerunt gemini, et ex eadem Rebecca matrice eodem tempore prodierunt: unde inter se dissidentes, videntur vulvam matris, ipsamque matrem violasse et lacerasse. Quocirca Romana editio Septuaginta habet, quod violaverit *virgines*, id est *matrem*; et Symmachus: Quod violaverit viscera propria, ut oblivisceretur *humanitas*, et obdaret viscera misericordia, fratremque secessores, et contemneret vulvam Rebecce, quo uero partu geminos edidisset infinites, ait S. Hieronymus. Et mox tropologice Idumeos, id est terrenos et sanguinarios, sit esse Iudeos, qui persecuti sunt fratres, id est Christum, Apostolos et Christianos. Hi enim violaverunt misericordiam ex jura naturae, oblitique sunt matris sue Rebecce, quae interpretatur patientia, et simul eis generavit in Christo, et dummodo nos interficiant, volunt igne comburi. » Denique Arabicus vertit: Et esurire fecerunt anzios in terra eorum, et furti rupuerunt testimonium debitum animis eorum.

Moribus, de fratris discit de.

Moraliter, nota hi quam displicet Deo fratum discordiae, lites et bella, quamque severe illa puniunt et vindicent. Arotissima enim in fratribus sanguinis coniunctio, iure naturae, divino et humano, summam postulat concordiam et amorem. «Frater» enim dicitur, quasi «frere alter», ait Gellius, lib. XIII. Et Cicero, lib. III, epist. 7: «Fratri, ait, officium est, erga fratrem cent fore alterum affectum.» Hinc Sallustius in Jugurtha: «Quis, ait, amicior quam frater fratri? aut quem alienum fidem invenies, si tuus hostis fueris?» Quocirca Antisthenes «frates concordes» dicebat «omni parte esse fortiores.» Ita Laertius, lib. VI, cap. 1. Et Sapiens, Proverb. XVIII, 19: «Frater, inquit, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma.» Cain fratrem Abel occidens, a Deo maledictus, tremulus, vagus fuit et fugitus, Genes. IV, 14. Et Ismael,

quia persecutus est fratrem Isaac, jussu Dei ab Abraham domo pulsus et exiliatus est: «Ismael,» ait S. Augustinus lib. I de Unico baptismo, et habetur dist. LVI, Can. Ismael, «ut separaretur a populo Dei, pon obfuit mater ancilla, Agar; sed fratera discordia.» Pygmalion rex Tyri, quia Sichæum patruellem occidit, ut ejus opibus poteret, orbis fuit probrum, de quo Virgilius, lib. I Aeneid.:

Pygmalion scelere ante alios inominari omnes,  
Quos inter medius vesti faror. Ille Sichæum  
Impis ante aras, alios autem ex cœlo amore,  
Clavis ferro incutauit separat.

Romulus Renium fratrem occidit, itaque, ut ait Lucanus I Pharsal.:

Fratrum primum maluerunt sanguine mari.

Quocirca Horatius, Epop. VII :

Aster, ait, fata Romanos agunt,  
Sed quis fratera necis,  
Ut amorem fluxit in terram Romi,  
Sacer neptilis crux.

Antiochus Epiphanes Demetrium, fratri Seleuci filium, regno paterno exclusit: hinc inter utriusque posteros, continua per ducentos annos fuerunt bellum, alterum alterius viceissim obtruncante, et pro eo regnante. Audi Plutarchus, tract. De Fraterno amore: «Antiochi, Seleuci, Gryphi, Cyzici, cum non diuidebant secundo a fratribus esse loco, sed purpuras ad diadema appeterent, ac seipsos invicem ipsamque adeo Graeciam multis calamitibus oppleverent.»

Jugurtha, res Numidarum, perfide fratres regno spoliavit, ideoque a Mario consule cæsus, capitusque Rome in carcere necatus est, ut patet ex Sallustio in Bello Jugurthino.

Vere etiam Petracchus, Biologo 83: «Ut fermi nullus amor sequitur fraterno, sic nullum, ubi incepit, iniquus odium, nulla auctor invidia. Sic partis inicit animos, atque incidunt, cum cedendi pudor et amor excellenter ardor, quod inquinabulum recordatio, et quacumque benevolentiam parsit viderentur, ubi semel a recto calle deflexum est, odium et contemptum parunt.» Et Aristoteles, lib. VII Polit. vir: «Fratrum contentiones et irae sunt acerbissimas; et qui se nimis amant, hi se nimis oderunt.» Caracalla imperator occidit fratrem Getam: ad militiam invidiam pariebidi, suscit ei Bassianus prefectus ut fratrem Getam appellare divum: «Sit, inquit, divus, dum non sit vivus,» et sic fratrem in divos retulit. «Ita regnandi cupiditas nescit iura pietatis,» inquit Spartianus. Quosicira, Deo vindice, par modo a Martiis tribuno Caracalla obrivatus est, cum paulo ante ei in somnis apparuerit pater cum gladio, dicens: «Ut tu fratrem tuum interficias, ita ego te interficiam. Ita Dion Cassius, lib. LXXVII Histor. Romana.

Ex adverso, amor fraternus Dei et hominum gratiam conciliat. Cyrus apud Xenophontem, lib. VIII: «Qui, inquit, ex eodem semine sunt orti, et nutriti ab eadem matre, et in eadem domo adoleverunt, ab eisdem parentibus amati, eamdem matrem eundemque patrem appellant: quomodo hi non sint omnino inter se conjunctissimi?» Tales inter ethnicos fueru Agamemnon et Menelaus, Eumenes et Atalus, Ariamenes et Xerxes, Craterus et Antigonous, Cassandra et Pirlaus, Castor et Pollio, ut Plutarchus, eco citato: «Dulcior, ait S. Ursostomus, ante Deum est oratio, non quae necessitas transmitit, sed quam caritas fraternalis commendat.»

Hierocles, lib. De Fraterno amore: «Sicut oculi, inquit, manusque, si animas et mentis per se compotes fuerint, reliquias partes omni studio evanescunt, propter intercedentem ipsius communiconem; quoniam ne ipse quidem functionem suam recte administrare possunt cifra presentiam aliarum partium; ita nobis etiam qui homines sumus, et animam nos habere faciem, omnibus virtutibus amittendum est, ut fratribus decenter utatur. Magis enim quam partes corporis ad auxilium mutuum fratres compositi esse videantur, q. d. Fratres quodammodo corporis un partes sunt, sicut oculi tui, pedes, manus, etc.; ergo diligere et iuva, uti per juval manum, manus pedem. Intaphenius uxoris, Dario permittente ut unum ex suis eligeret, cuius vitam sibi depositaret, fratrem elegit. Reges admirantes, et causam sciscientes: «Alius, inquit, maritus, ali liberi, si Dei volet, possumus contingere; alium fratrem, parentibus vita functis, non est quod sperem.» Ita Plutarchus loco citato, qui et addit: «Sicut, inquit, minores numeri additi majoribus eos multiplicant, et viceissim multiplicantur ipsis; sic frater obsequens fratri erecto ad honores auget illum dignitatem, et viceissim ornatur illum splendore.»

Porro Joseph abbas apud Cassianum, Collat. XVI, cap. vir: Fraterni, ait, amoris primus fundamentum est, superbius mundi contemptui habere; injustum enim est ut supplex vilissima pretiosissima rei, puta dilectioni fratri, preferatur; secundum, ut unusquisque suas resecut volentes, ne se sapientem et consultum esse judicantis, suis muliti, quam fratri definitionibus obediens; tertium, ut sciatis omnia, etiam que utilia ad necessaria estimatis, postponendo bono charitatis et pacis; quartum, ut credit nec justis, nec injustis de causis penitus irascendum; quintum, ut adversus se iracundiam fratris, etiam sine ratione conceplam, eo modo quo suam, eurare desideret, sciens equaliter sibi perniciosa esse alterius tristitia, ac si adversus alium ipsum moveatur, nisi eam, quantum in se est, de fratribus etiam mente depulerit. Ita Pimenius abbas in Vita Patr. lib. VII, cap. XLII, jussit fratribus ut

idolum facessent injurias; cumque idolum nulla injuria moveretur, ait : « Fratres, ecce septem sumus; si vultis ergo pariter manere, ut *lucrum* anime faciamus, sibi idolum istud nobis in exemplum, ne, quando injuriatur aliquis, irascatur; ne, quando ab eo vera peccata, gloriatur aut extollatur: quod si non vultis, unusquisque vadat quo vult. » Praecite S. Hieronymus, lib. I in *Thren.* cap. iii : « Ille vere et non ex parte perfectus est, qui et in eremo squalorum solitudinis, et in cenoiblo infinitatis fratre equali magnitudine sustentat. » Fratrum ergo et sororum concordia suavissimum edit concentum in auribus Dei et hominum, adeoque sorores concordes sunt quasi Musae. Nam ob benevolentiam et amorem sororium, Musae quasi *āētē*, id est simul semper degentes, nuncupantur, ait Plutarchus loco citato.

Tales Musae divini consensus et concentus fuerunt SS. Fides, Spes et Charitas, tres filiae S. Sophie, que tam sanguine, quam sanctitate ac martyrio sorores, sicut in vita dilexerunt se, ita et in morte non sunt separatae, quam gloriosam pro Christo obierunt die prima augusti. Tales SS. Ruffina et Secunda die 10 iuli; tales SS. Nymphae, Menadora et Metrodora sorores, virginis et martyres sub Maximiano, 10 septembri; tales S. Tarsilla et Emanuela materterae, S. Gregorii, de quibus ipsa homil. 28 in *Ecclesiasticis*. Tales S. Pulcheria, Placilla, Arcadia et Marina, sorores Theodosii Imperatoris, quas S. Pulcheria in aula quasi in cenoiblo educavit, secundum virginitatem Deo consecrare docuit. Ita Cedrenus, Zonaras et alii, atque ex his nosfer Raderus in *Aula Theodosii*; ut merito Patres omnes in concilio Chalcedonensi, Pulcheria cum Auguste, uno ore acclamarent : « Nova Helena, munimen orthodoxorum, et gloria Ecclesiarum. » Tales muse et musici celestes, fuere SS. Joannes et Paulus sub Juliano Apostolo, quos eadem fides et passio vere fecit esse germanos; tales S. Basilius et S. Gregorius Nyssenus; tales S. Gregorius Thaumaturgus et Athengorus; tales SS. Gregorius Nazianzenus et Cesiarius cum S. Gorgonia; tales septem fratres Machabaei II *Machab.* cap. vii; tales septem filii S. Felicitatis, et totidem S. Symphorose, quos ardens charitas et in vita et in morte conjunxit, ac simul omnes eadem martyrii laurea decoravit; tales Godefridus Bulloensis et Balduinus ejus frater, qui conjuncti animis et armis terram sanctam recuperant, primisque Hierosolymae reges coronati sunt; tales Judas, Jonathas et Simon Machabaei, qui conspirantes, panteis copiis, sed unitis, numerosos Antiochii exercitus profiguerant. Funiculus triplex difficile rumpitur. Nota est Scitur historia.

Et TENERIT ULTRA FUREM SUUM. — Hebraica *לְתַהַרְךָ* *nitroph*, id est *rapuer*, est in instar animalis rapaces scivierit, ait Vatablus. Septuaginta vertunt : *Et rapuit in testimonium horrorem suum*,

*et impetum suum custodivit in victoriam*, id est, ut S. Hieronymus legit, in *avernum*; hebraice enim *רִאשֵׁת* *לְמַעֲנָה*, id est in *victoriam*, idem est quod in *fūm*, ut patet in inscriptione *Psalm. IV, v, vi, viii*. Complutensia legunt *לְבַזָּק*, id est in *contentionem*, pro *לְבַזָּק*, id est in *victoriam*. Rursum pro *לְבַזָּק* *laad*, id est *ultra*, vel in *secula*, ut veritatis Syrus; vel in *eternum*, Septuaginta et Arabicus legunt *לְבַזָּק* *laad*, id est in *testimonium*. Noster optime *nitroph* vertit, tenuerit; quia rapere ultra furorum suum, Hebraice idem est, quod eum servare et refine, nimirum ex furore rapere, servire et lacerare praudem, vel hostem; vel rapere furorum ultra metas humanitatis, et inhumanitatis sevire. Unde Marinus in *Lexico* verbit : *Et quod lacevarit in eternum furor suo*. Denique hebreum *לְבַזָּק* *appo*, et furorum, ut veritatis Noster, et horrem, ut vertunt Septuaginta, significat ; atque *לְבַזָּק* *ebra*, tam indignationem, ut *ve* *lt* Noster, quam impetum ut vertunt Septuaginta, denotat. Ita S. Hieronymus.

12. MUTAM IGNEM—per Chaldeos et Nabuchodonosorem, ut patet *Jerem. XXV, 27*, et *Ezech. XXVII*. THEMAN.—Urbs est et regio Idumea, cuius rex fuit Eliphaz, amicus Job, qui inde dictus est Themanites; dictat a Petra urbe Arabiae quinque milibus passuum. In hac urbe viginti stadii sapientia, ut patet *Barchi*, cap. iii, 22. Tempore S. Hieronymi villa erat. Ita ipse in *Loci Hebr.*, Borehardus, Bredembachius et alii in *Descript. Terrae sancte* (1).

BOSRA.—Urbs est in Idumea, non longe a Themani, illa dicta a firmissima munitione, vel arce. Bosra enim hebraice idem est quod munita. Est illa Bosra in Arabia, et terita in Moab. Est synecdoche : a parte enim precipua, totam Idumeam intelligent.

13. SUPER TRIBUS SCeleribus MILIORUM AMMON.—Ab Idumeis transit ad Ammonitum, codem stylo et censura. Ammon fuit filius Lot, notus ex eius incestu cum filia; inde prognati dicti sunt filii Ammon, vel Ammoniti : habitabant in Arabia; metropolis eorum erat Babba, quae postea dicta est *Machabaei II Machab.* cap. vii; tales septem filii S. Felicitatis, et totidem S. Symphorose, quos ardens charitas et in vita et in morte conjunxit, ac simul omnes eadem martyrii laurea decoravit; tales Godefridus Bulloensis et Balduinus ejus frater, qui conjuncti animis et armis terram sanctam recuperant, primisque Hierosolymae reges coronati sunt; tales Judas, Jonathas et Simon Machabaei, qui conspirantes, panteis copiis, sed unitis, numerosos Antiochii exercitus profiguerant. Funiculus triplex difficile rumpitur. Nota est Scitur historia.

Et TENERIT ULTRA FUREM SUUM. — Hebraica *לְתַהַרְךָ* *nitroph*, id est *rapuer*, est in instar animalis rapaces scivierit, ait Vatablus. Septuaginta vertunt : *Et rapuit in testimonium horrorem suum*,

(1) Quod *Selos*, id est *Petra*, urbis primaria Idumeorum, mentio facta non est, id Crednerus in *Joel*, pag. 63, non casu et fortuito, sed consilio et ratione factum esse putat. Fuisse enim tempore urbem illam in potestate Judeorum, utpote expugnata ab Amasia, *II Reg. cap. XIV, 7*.

(2) Hand abhorret a veritatis specie, inquit Calmetus, illos (Ammonitas) nactos occasionem, cum regio Galad turbis agitaret in tempore quo regis Syriae eadem potuit sum, et cum regnum Israel trans Jordanem non levia passum esset detrimenta, in Galaditidem irru-

nascerentur, qui terram occuparent; sed, habendis atque incolis deficientibus, ipsi terram eorum invaderent et occuparent. Unde sequitur : « Ad dilatandum terminos suos. » Idem avaritia crimen, et cupidinem dilatandi suos terminos, obicit Ammonitis Jeremias, cap. XLIX, 4 : « Numquid ait, non filii sunt Israel? aut heres non est ei? Cum igitur hereditate possedit Melchom Gad; et populus eius in urbibus eius habilitavit? Ita Theodoreus, Remigius, Hugo et Lyranus, ac S. Hieronymus, qui censem Ammonitas disseminasse pragmatibus Israel eo tempore quo regnabat Saul, cum scilicet Naas rex Ammon vastavat Iacob Galad, *I Reg. XI*; lioc ibi dissectionis pragmatum non habet mentio. Natura : Pro pragmatibus hebraice est *לְמַעַן* *harot*; quod si ab *לְבַזָּק* *har*, id est concepit, deducat, significat pragmatum, si ab *לְבַזָּק* *har* id est mons, significat montes. Unde Arias, Vatablus et Pagninus vertunt : *Et quod dissecuerunt montes Galad*, ut scilicet ditonem tra-montanam Galaditarum sue coniungerent; verum Septuaginta, Chaldeus, Noster, Tigrina et alii iam citati vertunt, *et pragmatibus*. Hoc enim est quartum enorme seclus, ob quod Ammonites a Deo excolio destinantur. Dividere autem montes non est enorme seclus; sed dividere, sive separe pragmatibus, ut fecit Azael rex Syriae Israhelitum, *IV Reg. cap. XV, 16*.

Symbolicoll, Villapando in *Ezech. cap. XXIV, 14*: Pragmatibus, ait, vocatur civitates munera et populos; haec enim merito pragmatibus compares, utpote populi plena.

Tropologice S. Gregorius, III part. *Pastor*, cap. XXV : « Galad, inquit, id est acaerus testimonii, est Ecclesia, quae ore cunctorum fidelium de Deo que vera sunt testifera. Pragmatibus autem Galad vocant animas, quae intellectus verbi ex divino amore conceperunt, et si ad perfectum tempus veniant, concepcionem anima intelligentiam, boni operis ostensione paritura sunt. Terminus vero sum dilatare, est opinione sue nonen extender. Secerunt ergo pragmatibus Galad, ad dilatandum terminum suum: quin nimurum hereticis mentis fidelium, quae jam aliquid de veritatis intellectu conceperant, pervera predicatione perirent, et scientias sibi nomen extendunt; parvularum quippe corda jam de verbi conceptione gravida, erroris gladio scindunt, et quasi doctrina sibi nomen faciunt. » Sie et S. Hieronymus :

« Pragmatibus, ait, sunt animae creditum, quae in principio fidelis possunt dicere : A timore tuo, Domine, concepimus et parvurimus, » etc. Notent huc illi qui pusilos scandalizant, atque eos qui parturunt meliore vitam, seducunt, et paratum spiritualem impediunt. Hi enim sunt homines, non corporum, sed animarum; ac ut tales possesse, ibique fama et nefanda perpetrassse omnia, quae ipsi hoc in loco exprobrantur. Juxta Rosemillerum, factum sum, et cum regnum Israel trans Jordanem non levia passum esset detrimenta, in Galaditidem irru-

(1) Cum nostro loco nihil deprehendatur in textu, quod ad restrictum illam *tōdōt* notioem nos dicat, neque de idolorum culta, sed de populi sui afflictione Deus queratur, et regi huic janguntur non *sacerdotes*, sed *principes*, rex vero hic respondet *scipitifero*, vers. 5-8, atque *judic*, n. 2, videtur potius intelligi homo, quod Ammonitas supremus potestatis, in Raibath residens, qualis memoratus Nahasc, I Sam. xii, 2; Chances, II Sam. cap. x, 1, 2, et Ballis, *Jerem. XL, 14*.

horrende a Deo punientur, qui hanc animarum a se creatarum et redemptarum ruinam illa sentit, siue sentit matre dolorem, cum ejus discumputur viscera, ut fortis tradatur lacerandus canibus. Ipsa enim de suis ait : « Qui portantim a meo utero, qui gestamini a mea vulva, » *Isaia cap. XLVI, 3*.

14. IN ULULATU IN DIE BELLI (Ululatum tum tubarum, tum militum confingentium, ac vieturum et occisorum, aequa ac vincentium intellige. Hinc Tigrina, verbit : *In classis in die beli*; Vatablus, in *voiceratione*, que scilicet fit sub conflitu), ET IN TERREBRE.—Tigrina, in *temestate*, id est in valido impetu, in horribili incurso hostium. Hunc enim comparat turbini, qui rapit et ventilat palaeas, aequa ac hostes hi ventilatur erant Ammonitas. Hostes hi fuerit Chaldei, ut patet *Ezechiel*, cap. XXI, 20; *Jerem. cap. XXVII, 6*. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, Remigius, Hugo et alii. Postea rursus vastati sunt Ammonites sub Anthonio a Iuda Machabeo, *I Machab.* cap. v, 6. Ubi nota ex Josepho : Nabuchodonosor anno 28 regni sui, qui fuit undecimus Schedecis regis Iuda, cepit et vastavit Jerusalem; deinde quinto anno post, puto anno regni sui 23, vastavit Ammonitas, Moabitas, Idumeos, ceptique obsidere Tyrum, quem post 13 annos expugnavit, anno regni sui 33, ubi ostendit *Daniel*, cap. II, initio.

15. ET IUBI MELCHOM IN CAPTIVITATEM.—Melchom, sive Melch, vel Moloch, erat idolum Ammonitarum, speciem habens regis, puta Jovis. Unde Melchom hebraice idem est quod rex eorum, ut vertunt Chaldeus et Vatablus. Quis fuerit Melchom, an Jupiter, an Saturnus, dixi *Levit. cap. XVIII, 21*. Septuaginta in Vaticano, et apud S. Hieronymum habent : *Et ibunt reges eorum in captivitatem, principes eorum, et sacerdotes eorum simul* (!). Hec de littera; nunc tropologiam totius capituli accipe.

Per hasae septem gentes, que persecutae sunt Iudam, id est animam et populum fidem, significantur septem vitta capitalia, puta primo, per Damascum (que hebraice idem est quod sanguinis saccus, vel sanguinei potans) gula et gulos, qui toti in carne et sanguine voluntur; secundo, per Gazam, avaritia et avari, quorum totum robur est in gaza, id est in auro et argento. Idem significat Ascalon, id est, ut veritatis S. Hieronymus in *Nomin. Hebr.* in *Acta*, *ignis insensus*, ubi corrigit, *ignis infamis*; *VN es enim est ignis*, *לְבַזָּק* *colon* est infamia. Idem significat Accaron, id est ste-

rillitas (hanc enim parit avaritia), vel eradicatio (male in S. Hieronymo in *Nomin. Hebr.*, in Iosue legitur, eruditio) tristitia, ait S. Hieronymus hic: tertio, per Tyrum, superbia et superbius: Tyrus enim superba in mari eminebat quasi arx; quarto, per Edom, id est sanguinarium, ira et iracondi, qui in verba, verbera et cades prorumpunt; quinto, per Ammon, libido et libidinosus: Ammon enim ex incestu Lot cum filia natus est; sexto, per Moab, de quo cap. sequenti, vers. 1, invida et invidi; Moab enim idem est quod de patre, quia ipse patris sui ex filia fuit filius, simus et nepos; at conquerenter Lot ei fuit tam avus quam pater: sic invidi fratres excludunt, eorumque locum opes et nomen sibi arrogant, perinde ac nepotes non raro excludunt patrum imo fra-

tres et parentes suos ab vita hereditate; septimo, Israel sunt acedia et acedi, qui ex pigritia ad paupertatem redacti, vendunt pro argento justum, et pauperem pro calcamentis, ut de iis dicetur cap. II, 6.

Cujusque horum quatuor scelerata sunt, quatuor gradus viii cuiusque; scilicet primus est, peccatum voluntatis; secundus, operationis; tertius, consuetudinis; quartus, gloriationis, ut dixi vers. 3, ex S. Hieronymo et Ruperto. Bosce omnes Deus disperdet in die iudicii, mittetque in ignem gehenna, eo quod pios persecuti sint, et fedus fratum ruperint, suscitando bellum inter carnem et spiritum, imo faciendo ut care incarceraret et opprimaret spiritum, cui quasi frater, imo quasi servus obsequi et servire debuerat.

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Ob tria et quatuor scelerata Moab, vers. 1, et Iudea, vers. 1, et Israelis, vers. 6, citadum et excidium intentat, ac deinceps Israeli pergit exprobreare ingratitudinem, eo quod cum Chananiam, expulsa Chonaravis, domo a Deo accepit, insuper Prophetas et Nazareos, tamen ingrate contra Deum, Deique jussum abusus sit. Unde minus subdit, vers. 13: Ecce ego stridebo subter vos, etc.*

1. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, et super quatuor non convertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumaeus usque ad cinerem. 2. Et mittam ignem in Moab, et devorabit aedes Carioth: et morietur in sonitu Moab, in clangore tuba: 3. et dispersam et judicem de medio ejus, et omnes principes ejus interficiam cum eo, dicit Dominus. 4. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Iuda, et super quatuor non convertam eum: eo quod abjecerit legem Domini, et mandata ejus non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quae abierant patres eorum. 5. Et mittam ignem in Iudea, et devorabit aedes Jerusalem. 6. Hec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calcamentis. 7. Qui conterunt super pulvrem terra capita pauperum, et viam humilium declinant: et filii ac pater ejus ierunt ad puellam, ut violenter nomen sanctum meum. 8. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt juxta omne altare: et vinum dammatatorum bibebant in domo Dei sui. 9. Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum: cuius altitude, cedrorum altitudo ejus, et fortis ipse quasi querens: et contrivit fructum ejus desuper, et radices ejus subter. 10. Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Egypti, et duxi vos in desertum quadraginta annis, ut possideremis terram Amorrhæi. 11. Et susciavi de filiis vestris in prophetas, et de juvenibus vestris nazareos: numquid non ita est, filii Israel, dicit Dominus? 12. Et propinabitis nazareis vinum: et prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis. 13. Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum feno. 14. Et peribit fuga a veloce, et fortis non obnibit virtutem suam, et robustus non salvabit animam suam. 15. Et tenens arcum non statbit, et velox pedibus suis non salvabit, et ascensor equi non salvabit animam suam. 16. Et robustus corde inter fortis nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

1. SUPER TRIBUS SCELERIBUS MOAB. — Cap. I, quatuor gentium quatuor scelerata arguit, eisque pu-

nitionem meritam intentavit; nunc hoc capitales alias gentes subiecti, puta Moab, Israel

et Juda; iisque singulis eodem scheme totidem scelerata objicit, et similem penam committatur.

EO QUOD INCENDERIT (Moab) OSSA REGIS IDUMEE.

— R. David, Clarius et Arias censem hunc regem fuisse filium regis Idumæus, qui a Mesa regi Moab in confictu captius eo tempore, quo Mesa pugnabat contra Josaphat regem Iudea, et contra regem Edom regemque Israel; quem tandem Mesa a tribus hisce regibus obsecus et ad extremam redactus, ex ira et desperatione mactavit et oblitus diis suis, eumque quasi catharma et piaculum cum ossibus concremavat, et in cineres rediget, in prospectu patris urbem obsidentis: quo facto, pater, puta rex Edom, indignatus regi Israel, quod eum ad hoc bellum excitasset, quo in conspectu suo filius mactabatur et cremabatur, fedus abrupit, et dominum rediit, idque censem significari illius verbis IV Reg. cap. III, 21: « Arripiens (rex Moab) filium suum primogenitum, qui regnatus erat pro eo, oblitus holocaustum super murum, » ubi  $\rightarrow$  filium suum, exponunt filium ejus, scilicet regis Edom: Hebrewum enim eum, quod est nota pronominis affixi, tam eum, quam suum significat. Verum Septuaginta, Chaldaeus, Hebrei, S. Hieronymus, Rufinus, Rupertus, Lyranus, Abulensis, Burgensis, Caetanius, Vatablus, Pagninus, qui et Philo Biblio, vetus Phœnicum historicus, apud Eusebium, lib. IV Praepar. Evang., ac Josephus, lib. IX Antiq. cap. m, tradunt regem Moab, IV Reg. cap. m, immolasse filium suum, id est proprium, non alienum, puta regis Edom. Cur id fecerit, varias causas afferunt Abulensis IV Reg. cap. m, et Pererius tom. III in Gen. cap. xxx, num. 98. Melius ergo Hebrei, S. Hieronymus, Rufinus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyranus et Pererius loco iam citato, Ribera et a Castro, censem hunc ipsum summet regem Idumæas, qui cum Josaphat et Ioram pugnavit contra Moabitas, eosque obsidentis in tantam desperationem cogit, ut rex Moab filium proprium dili suis immolaret, ut eorum opem in tanta necessitate imploraret et impetraret. Quocirca Moabitas tanto in regem Idumæas odio exarsisse, ut ejus postea mortui et sepulti ossa effoderint, cremarint et redegerint in cineres. Addunt aliqui Moabitas ex his cineribus calcem levissim, eaque domos suas oblinivisse, ut perenne oedium in regem Edom testarentur. Unde Chaldaeus vertit: *Eo quod combussarit ossa regis Idumæas, et oblinierit eis quasi calce dominum suum.* Et hebreum קְרִיר לָסַסֵּד, tam in calcem, quam in cineres, verti potest. Unde et Syrus vertit: *Eo quod incenderit ossa regis Idumæas usque ad calcem, vel cinerem.* Quo præcise tempore et anno id fecerint Moabite, non narrat S. Scriptura, nec Josephus; sufficit ex hoc loeo Amos constare id contigisse, et tempore Amos fuisse rem omnibus notam et celebrem: erant enim crebra bella inter regem Moab et Edom, ob viciniam et confinias; et in aliquo horum vic-

tor Moab hanc injuriam et ignominiam intulit regi Edom.

Porro minatur hic Deus se Moabitarum odia

et crudelitatem in ossa regis Edom exercitatam punitorum, ut ostendat non tantum Judeorum, sed et aliarum gentium esse Deum creatorum, provisorem et vindicem, ut quasi talis ab omnibus agnoscat, timeatur et colatur. Porro inhumanius est et probrosum valde exhaustare mortuos, et illorum insultare cineribus, tum quia honor sepulcri sunt ultima justa natura, que defunctis decrevit vivorum pietas apud omnes penes gentes; tum quia hoc est cum mortuis dicimur, et eos rursus quasi interficiere; tum quia anima fit in injurya, cum eius corpus inhonorable. Unde Gentiles sepultra dicebant, et sepe inscribant: « *Bis manus.* » Hinc pessime apud omnes audivit Cambyses, teste Herodoto lib. III, qui Anasis regis Ægypti jam defuncti effodit cadaver, illudque flagris cedi, velleari et stimulis pungi possit. Crudelis Sylla C. Mari ossa effossa dispersit; quod ne sibi iure talionis fieret, jussit se post mortem cremari. Idem eandem ob causam secuti sunt Romani, ut docet Plinius lib. VII, cap. liv. Quin et Seythæ cetera despicentes, cum Darius eis metum vel inertiam exprobarent, quod bellum declararent, responderunt ipsum cognitum animos et vires Scytharum, cum ad parentum suorum sepultra venissent; pro iis enim se usque ad mortem prelustrarent. Ita Valerius lib. V, cap. iv. Haec de causa Deus impio Jeroboam, aliisque regibus Israel idolatriæ, quasi penam extreamam minatur, quod ossa eorum sepulcri eruta projiciantur sint canibus, Jerem. cap. viii, 1, et Beruch, cap. II, 24.

Hinc moraliter disce quantum nefas sit mortuorum famam lacerare; fama enim pluris est quam ossa; ossa laniant canes, famam detractores; canini ergo sunt, et crudeliores canibus. Ita Sanchez.

2. MITTAM IGNEM IN MOAB. — per Nabuchodonosorem, qui quasi flagellum gentium omnium in manu Dei, quinto anno post excisam Hierosolymam percussit et vastavit tam Moabitas, quam Ammonitas, teste Josepho lib. X Antiq. cap. xi.

Et DEVORABIT AEDES CARIOTH. — Aliqui Carioth accipiunt ut nomen, non proprium, sed appellativum, vertantque, urbes, קְרִיר kiria enim in singulari est urbs, inde carioth in plurali vocantur urbes. Unde Septuaginta vertunt: *Fundamenta urbiuum suarum disperdet;* sic et Chaldaeus.

Melius Noster, Tigurina et alii Carioth accipiunt ut nomen proprium urbis et metropolis Moab. Se enim accipit Jeremias cap. XLVII, 21. Forte urbs haec ab amplitudine dicta est Carioth, eo quod urbes plures in se complectentur, nisi Praga, Cracovia, Leodium, Parisis, tres immo plures urbes in se continent.